



Rights all reserved  
Sel Capillo

E.I.-2



1. a. 8. 23



Rights all reserved  
Del Capillo

F.I.-2.

1. a. 8-28



*del Colégio da Companhia de Iesu à Granada. P. B. B.*

# HISTORIA RUTH, P. 2444

Ex Ebræo Latinè conversa, &  
commentario explicata.

*Eiusdem Historia TRALATIO GRÆCA  
ad exemplar Complutense, & nota in eandem.*

Additus est tractatus, An Ruben Man-  
dragoras invenerit.

*Ex omniione officij R.  
iniquitatem libet sic  
extirpatus ex  
ap. Paul. 1107.  
Granata die 16  
Maii an. 1575.*



mum erga  
ta obstitutu  
are notu

F R A N E K E R Æ,

*Excudebat Egidius Radanus*

*Ordinum Frisia Typographus.*

CII. CI. LXXXI. CLXV.



IX.  
ix. O dñe, misericordia tua,  
digna nos, misericordia tua,  
digna nos, misericordia tua,  
digna nos, misericordia tua,




X. Q[uo]d primū in  
tuam domum veni,  
Reuerendissime pa-  
ter, nihil habui prius  
quam ut aliquo mu-  
nere litterario, ani-  
mum erga te meum ostenderem, mul-  
ta obſtiterū quo minus id statim præ-  
ſtare potuerim. in primis curæ dome-  
ſicæ, quæ me huc illuc variè distrahunt.  
Sed & bellum funestum patriæ meę, ut  
bona & prædia omnia, ita mihi ademit

<sup>4</sup> omnem scribendi alacritatem. Acces-  
sit ad hæc mala peregrinatio, quæ ani-  
mum meum à libris sic ab alienavit, ut  
vix cum iis in gratiam credire possemus.  
Factum igitur est à me serius, quam pu-  
taram, ut hoc munus ad te veniret, mu-  
nus, si à dignitate tua spectetur, per-  
exiguum: si ab animo meo, magnum.  
Commentarius est in librum Ruth,  
quem de multis aliis libris veteris In-  
strumenti, in queis similiter commen-  
tati sumus, ideo potissimum delegi-  
mus, quòd à paucissimis in eo expli-  
cando desudatum sit: præterea propo-  
situm mihi nunc fuit duntaxat speci-  
men, & quasi imaginem exhibere ope-  
ris universi, quod maiores vigilias po-  
stulat: in quo cùm aliquosque pro-  
gressasit industria nostra, haud difficul-  
ter illud ad finem perducemus, si no-  
stris laboribus, & divina benignitas, &  
tua

<sup>5</sup> tua benevolentia, quasi propitium nu-  
men, adfuerint. Sic enim fiet, ne qua  
prorsus in difficultate, ne quo in scopu-  
lo unquam hæc emus. Ac de divina  
quidem benignitate, quæ honestis co-  
natibus non favere non potest, optimè  
speramus: de tua vero benevolentia  
dubitare nos non patitur antea cœvit  
tuæ ratio, quam sic instituisti, ut omnia  
te literarum & honestarum artium cau-  
ssa velle, haud obscure significaveris:  
cuius rei testes sunt & erunt in sempit-  
ernum nostræ muse, tam benignè, tam  
humaniter à te exceptæ, quæ hoc nomi-  
ne immortales tibi gratias agunt. quin  
plurimum sibi gaudent, plurimum  
gratulantur te patrono; quo auspice ni-  
hil est quod non sperent se posse effi-  
cere: & efficient profectò non vulgaria,  
si modò otium ipsis restituatur, quod  
vel hominum improbitas, vel, ut aliò

culpa deriuetur, fatalis bellorum calamitas eripuit; quod ut siat, imis à Deo precibus oramus. A te verò petimus, præful amplissime, ut in hac egregia, ac nunquam satis laudata erga litteras voluntate, perseverans, munus nostrum hilari, quemadmodum speraramus, fronte recipias: neve illud æstimes aut ab ipfa re, aut à viribus meis: sed potius ab animo devotissimo amplitudini tuae: cui nos nostraque omnia dicamus consecramus.

Lambethi, anno post natum Christum M. D. LXXXIV.



## AD LECTOREM.

**S**ATIS confiat, ad rerum cognitionem necessariam esse cognitionem verborum. Neque obscurum, immò verò ipse usus, optimus magister, nos quotidie docet, frustra queri de sensu alicuius loci, nisi prius conueniat de veritate interpretationis. In quo demonstrando, si longiore oratione utar, videbor fortasse quibusdam in re minime dubia laborare. Tantum dicam, qui contra sentiunt, ignorare eos, quibus in linguis divina mysteria nobis tradita sint. Quòd si, uti est, magnam partem Ebraicè primum ea prodita fanteantur, hoc quoque concedant necesse est, ei, qui in ijs mysterijs cum fructu versari velit, totam eius linguae vim ac naturā tenendam esse. Cuius ignoratione cùm peccari se penumerò, multaq; in occulto latèrè videarem, mihi, sacras litteras enarrare cupienti, visum est in Ebræorum potissimum dictione operam sedulam ponere. Itaque phrases & locutiones, quas e genti peculiares esse scirem, cum cura explicui. Antiquam scripseram, quòd ea neglectim vulgo habetur, diligenter ubique inculcaui. De varia inter-

pretatione, quæ mihi vera videretur, aut certè vera proxima, quantum in me fuit, indicaui. In historia vero, rebusq; Ebraeorum, quæ vix extremis digitis alij attingunt, tam multis fui, ut verear ne sint, qui me in hoc genere nimium fuisse dicant. Quod reliquum est, cùm editio Complutensis inter omnes Gracas, quæ exstant, longè optima censeatur, tamen collatione facta, compéri Germanicum exemplar, quo domi utor, ad veritatem Ebraicam interdum proprius accedere. Hæc quoque & alia in illam editionem cum fide notavi. Quæ si probas, Lector, & si ex laboribus meis fructum aliquem percipis, ora Deum ut mihi similia in omnes veteris Instrumenti libros meditanti, spiritus sui gratia benignus adfici, ad eamq; rem otium & valetudinem largiatur. Vale.



## R V T H.

### *Ex Ebraicæ tralatio Latina*

V E T V S.

N O V A.

#### C A P U T I.

**I**N diebus vnius iudicis, quando Iudices præserat, facta est fames in terra. Abiitq; homo de Beth-lehem Iuda, ut peregrinaretur in regione Moabitide, cum uxore sua, & duabus liberis.

Ipse vocabatur Eli-melech, & vxor eius Noemi: & duo filii, alter Mahalon, & alter Chelion, Ephrathæi de Beth-lehem Iuda. Ingressique regionem Moabiti-

**F**uit in diebus cùm iudicarent Indices, ut esset fames in terra: & abiit vir è Beth-lehem Iuda ad peregrinandum in agris Moab, ipse, & uxor ipsius, & duo filii ipsius.

Et nomen viri illius E-limelech, & nomen uxoris ipsius Noomi, & nomen duorum filiorum ipsius Mahalon, & Chelion, Ephrathæi è Beth-le-

hem Iuda. Et veneruntin dem , morabantur agros Moab, & fuerūt ibi.

Et mortuus est Elime-lech vir Noomi, & relata fuit ipsa, & duo filij ipsius.

Et assumpserunt sibi uxores Moabitidas, nomen unius Orpha, & nomen alterius Ruth, & habitarūt ibi circiter decem annos.

Et mortui sunt etiam ambo illi, Mahalon & Chelion, & relista fuit mulier illa à duobus natis suis, & à viro suo.

Et surrexit ipsa & nurus ipsius, & reversa est ex agris Moab: quoniam audiverat in agro Moab, quod visitasset dominus populum suum, dando eis panem.

Et egressa est è loco ubi fuerat, & ambæ nurus

Qui acceperunt vxores Moabitidas, quarum vna vocabatur Orpha, alteraque Ruth. Manseruntque ibi decem annis.

Et ambo mortui sunt, Mahalon vide- licet & Chelion: remansitque mulier or- bata duobus liberis, ac marito.

Et surrexit vt in pa- triam pergeret cum vtraque nuru sua de regione Moabitide: audierat enim quod respxisset Dominus populū suū, & dedisset eis escas.

Egressa est itaque de loco peregrinati-

R U T H .  
onis suæ cum vtra- que nuru: & iam in via reuertendi posita in terram Iuda.

Dixit ad eas, Ite in domum matris ve- stræ, faciat vobiscum Dominus misericor- diam , sicut fecistis cum mortuis & me- cum.

Det vobis inuenire requiem in domi- bus virorum , quos sortitura estis. Et os- culata est eas. Quæ e- lelata voce flere cœ- perunt.

Et dicere ; Tecum pergemus ad popu- lum tuum.

Quibus illa respon- dit; Reuertimini filia- mi , cur venitis me- cum ? num vtrā ha- bebo filios in vtero meo ut viros ex me sperare possitis?

Reuertimini filię meę, ite.

ipsius cum illa, & ingre- ssę sunt iter redeundo in terram Iuda.

Et dixit Noomi dua- bus nuribus suis: Ite, re- dite utraque in domum matris suæ; Faciat Domi- nus vobiscum misericor- diam quemadmodū fe- cistis cum mortuis et me- cum.

Det Dominus vobis ut inveniatis requiem u- traque in domo viri sui, & osculata est eas, & sus- tulerunt vocem suam, & fleuerunt.

Et dixerunt ei: quin te- cum revertemur ad po- pulum tuum .

Et dixit Noomi: rever- timini filiaæ meæ, cur ire- tis mecum? an adhuc mihi filij in utero meo, ut sint vobis viri ?

Reuertimini filię meę,

ite, quoniā senior sum,  
quām ut sim viro. Quod  
si dixero: Est mihi spes;  
etiam fuerim hac nocte  
viro, atque etiam pepe-  
rero filios;

An propter eos exspe-  
ctabitis, donec adoleue-  
rint? an eis præstolabi-  
mini, ut non sitis viro?  
nequaquam filiæ mæ,  
quoniam amarè mihi est  
nimis quām vobis: quia  
egressa est in me manus  
Domini.

Et sustulerunt vocem  
suam, & flaverunt denuò  
& osculata est Orpha so-  
crum suum, & Ruth ad-  
hæsit ei.

Et dixit, ecce reversa est  
fratria tua ad populū su-  
um, & ad deos suos: re-  
vertere post fratriā tuam.

Et dixit Ruth: Ne ad-  
verseris mihi, ut derelin-

mi, & abite: jam enim  
senectute confecta  
sum, nec apta vincu-  
lo coniugali. etiam si  
possem hac nocte cō-  
cipere, & parere fili-  
os,

Si eos exspectare  
velitis donec crescāt,  
& annos pubertatis  
impleant, ante eritis  
vetulæ quām nuba-  
tis. Nolite quoſo fi-  
liæ mi; quia vefra an-  
gustia magis mē pre-  
mit, & egressa est ma-  
nus Domini contra  
me.

Eleuata igitur vo-  
ce, rursum flere cœ-  
perunt. Orpha oscu-  
lata est socrum, ac re-  
uersa est; Ruth adhæ-  
sit socii sui.

Cui dixit Noemi:  
En reuersa est cognata  
tua ad populum suum, & ad Deos suos, vade cum ea.

Quæ respondit: Ne  
aduerseris mihi ut re-  
lin-

Inquam te & abeam:  
quocunque enim per  
rexeris, pergam: &  
vbi morata fueris, &  
ego pariter morabor.  
Populus tuus popu-  
lus meus, & Deus tu-  
us Deus meus; & Deus tuus, Deus  
meus.

Quæ te terra mo-  
rientem suscepit, in  
ea moriar: ibique lo-  
cum accipiam sepul-  
ture. Hæc mihi faciat  
Deus, & hæc addat  
si non sola mors me  
& te separauerit.

Vidēs ergo Noemi,  
quod obstinato ani-  
mo Ruth decreuisset  
secū pergere, aduersa  
ri noluit, necad suos  
vltrā redditū p̄suadere.

Profectæ sunt am-  
bæ usque dum perveni-  
ssent Bethlehemum, &  
cùm pervenissent Beth-  
lehemum commota fuit  
civitas universa propter  
eas, & dixerunt: An hæc  
Noomi?

Quibus ait; Ne vo-  
ca-

tem Noomi: vocate me Mara, quia amaritudine affecit me Omnipotens valde.

Ego plena abieram, & vacuè reduxit me Dominus: cur (*igitur*) vocetis me Noomin? cùm Domi minus testificatus sit in me, et Omnipotens malis affecerit me.

Et reversa est Noomi, <sup>22</sup> et Ruth Moabitis cum ea, quæ redierat ex agris Moab: et ipse venerūt Beth-lehemum in principio messis hordeorum.

## C A P . I I .

**E**T ipsi Noomi erat cognatus viri ipsius, vir opum potens, è familia Elimelechi, cui nomen Booz.

Dixitque Ruth Moabitis ad Noomin, Ibo nunc in agrum et colli-

cetis me Noemi, id est puchram, sed vocate me Mara, id est amara, quia amaritudine valde repleuit me Omnipotens.

Egressa sum plena, & vacuam reduxit me Dominus. Cur ergo vocatis me Noemi, quam Dominus humiliauit, & affixit Omnipotens?

Venit ergo Noemi cum Ruth Moabitide nuru sua, de terra peregrinationis suæ: ac reuersa est in Beth-lehem, quando primum hordea metebantur.

Rat autem viro Elimelech consanguineus, homo potes & magnarum opum, nomine Boos.

<sup>2</sup> Dixitque Ruth Moabitis ad locrum suum Si iubes, vadam in agrum, & colligam spicas

spicasque fuderit manus metentium, ubi cunq; clementis in me patris familias repere rogratiam, cui illa respödit: vade filia mi-

Abit itaq; et colligebat spicas post tergam etemtum. Accidit autem, ut ager ille haberet dominum nominem Booz, q; erat de congnatione Elimelechi.

Et ecce, ipse veniebat de Beth-lehem, dixitque messoribus, Dominus vobiscum. Qui responderunt ei, benedicat tibi Dominus.

Dixitq; Booz iuueni, qui messoribus pres erat; Cuius est haec puella?

Cui respondit; haec est Moabitis quæ venit cum Noemi, de regione Moabitide.

Et rogauit ut spicas

gam spicas post eum, cuius in oculis invenero gratiam. Et dixit ei, Ito, mi filia.

Et abiit, et venit, et colligit in agro post messores, et accidit casus eius pars agri Booz, qui erat è familia Elimelechi.

Et ecce Booz veniens Bethlehemo, dixit messoribus: Dominus vobiscum: qui dixerunt ei, Benedicat tibi Dominus.

Et dixit Booz puer suo: qui constitutus erat supra messores: Cuius est puella haec?

Et respondit puer ille qui constitutus erat supra messores, et dixit, Puella Moabitis haec est, quæ redijt cum Noomi ex agris Moab.

Et dixit: Legam nunc

te me Noomi: vocate me Mara, quia amaritudine affecit me Omnipotens valde.

Ego plena abieram, & <sup>21</sup> vacuè reduxit me Dominus: cur (*igitur*) vocetis me Noomin? cùm Domi minus testificatus sit in me, et Omnipotens malis affecerit me.

Et reversa est Noomi, et Ruth Moabitis cum ea, quæ redierat ex agris Moab: et ipse venerūt Beth-lehemum in principio messis hordeorum.

## C A P . I I .

**E**T ipsi Noomi erat cognatus viri ipsius, vir opum potens, è familia Elimelechi, cui nomen Booz.

Dixitque Ruth Moabitis ad Noomin, Ibo nunc in agrum et colli-

cetis me Noemi, id est puchram, sed vocate me Mara, id est amarā, quia amaritudine valde replevit me Omnipotens.

Egressa sum plena, & vacuam reduxit me Dominus. Cur ergo vocatis me Noomi, quam Dominus humiliauit, & afflixit Omnipotens?

<sup>22</sup> Venit ergo Noomi cum Ruth Moabitide nuru sua, de terra peregrinationis suæ: at teuera est in Beth-lehem, quando primum hordea metebantur.

**E**RAT autem viro Elimelech consanguineus, homo potens & magnarum opum, nomine Boos.

<sup>23</sup> Dixitque Ruth Moabitis ad locrum suam Si iubes, vadam in agrum, & colligam spicas.

spicasque fugerist manus metentium, vbi cunq; clementis in me patris familias repere rogratiam cui illa res pôdit: vade filia mi.

Abiit itaq; et colligebat spicas post tergametatum. Accidit autem, ut ager ille haberet dominū nomine Booz, q; erat de cognatione Elimelechi.

<sup>4</sup> Et ecce Booz veniens Bethlehemo, dixit messoribus: Dominus vobiscum: qui dixerunt ei, Benedicat tibi Dominus.

Dixitq; Booz iuueni, qui messoribus pre erat: Cuius est hac puella?

Cui respondit hæc est Moabitis quæ venit cum Noemi, de regione Moabiti de.

<sup>7</sup> Et rogauit ut spicas

gam spicas post eum, cuius in oculis invenero gratiam. Et dixit ei, Ito, mi filia.

<sup>3</sup> Et abiit, et venit, et colligit in agro post messores, et accidit casus eius pars agri Booz, qui erat è familia Elimelechi.

Et dixit Booz puer suo: qui constitutus erat supra messores: Cuius est puella hæc?

Et respondit puer ille qui constitutus erat supra messores, et dixit, Puella Moabitis hæc est, quæ redijt cum Noomi ex agris Moab.

Et dixit: Legam nunc

et colligam inter mani-  
pulos post messores , et  
venit, et persitit ex eo  
mane usque nunc : haec  
sessio ipsius in domo  
paululum.

Et dixit Booz ad Ru-  
tham, Audin' mi filia? ne  
iveris ad legendum in a-  
gro alio, atque etiam ne  
discesseris hinc , sed hic  
h̄ceto cū puellis meis:

Oculi tui in agrum, in  
quo metent, et sequeris  
eos: Nōnne iniunxi pu-  
eris istis ne tangerent te?  
et si sities , ito ad vasa , et  
bibito ex eo, quod hau-  
serint pueri.

Et cecidit super faci-  
em, et adorauit in terrā,  
et dixit ei: Cur invenio  
gratiam in oculis tuis, ut  
agnoscas me , cùm ego  
sim peregrina?

Et respondit Booz: et <sup>10</sup>  
Cuiille respondit:

colligeret remanen-  
tes, lequens messorū  
vestigia; & de mane  
vsque nunc stat in a-  
gro, et ne ad momen-  
tum quidem domum  
reuersa est.

<sup>11</sup> Etait Booz ad Ruth  
audi filia, ne vadas in  
alterū agrum ad col-  
ligendum, nec rece-  
das ab hoc loco : sed  
iungere puellis meis,

Et vbi messuerint,  
sequere. Mandaui e-  
nim pueris meis, vt  
nemo molestus sit ti-  
bi: sed etiam si sitieris  
vade ad sarcinulas, et  
bibe aquas de quibus  
& pueri bibunt.

Quæ cadens in fa-  
ciem suam & adorans  
super terram, dixit ad  
eum; Vnde mihi hoc,  
vt inuenirem gratiam  
ante oculos tuos , &  
nosse me dignareris  
peregrinam mulierē?

Nun-

Nuntiata sunt mihi  
omnia quæ feceris so-  
cru tuę post mortem  
viri tui: & quòd reli-  
queris parentes tuos,  
& terram in qua na-  
ta es, & veneris ad po-  
pulum quem antea  
nesciebas.

<sup>12</sup> Reddat tibi Domi-  
nus pro opere tuo, &  
plenam mercedem re-  
cipias à Domino Deo  
Israel, ad quem vén-  
isti, & sub cuius con-  
fugisti alas.

<sup>13</sup> Quæ ait, Inueni gra-  
tiam apud oculostu-  
os domine mi, qui  
confolatus es me , &  
locutus es ad cor an-  
cillę tuę, quę non sum  
similis vniuersi puella-  
rum tuarum.

Dixit quę ad eam  
Booz: Quando hora  
vescendi fuerit, veni  
huc & comedē pane, et in-  
tingē buccellam tuam in

B

tham nurum suam, Bonum est mi filia ut exeras cum puellis eius, & non obversentur tibi in agro alio.

Et adhæsit puellis Booz ad legendum donec absoluta esset messis hordeorum, et messis triticiorum; et sedit apud socrum suam.

## C A P . I I I .

**E**T dixit ei Noomi soror eius, mi filia Anna quæram tibi requiem qua bene sit tibi?

Et nunc nonne Booz cognatio nostra, cuius cum puellis fuisti? ecce ipse ventilat aream hordeorum hac nocte.

Itaq; lauabis, et unges, et pones vestes tuas supra te, et descendes in aream: ne in notescas viro donec absolverit come-

Melius est, filia mi, ve-  
cum puellis eius exeras ad metendum, ne in alieno agro quis-  
piam resistat tibi.

Iuncta est itaq; pu-  
ellis Booz: & tamdiu  
cum eis messuit, do-  
nec hordea & triti-  
cum in horreis con-  
derentur.

Postquam autem reuersa est ad so-  
ciuum suam, audiuit ab ea, Filia mi, quæra  
tibi requie & prouidebo ut bene sit tibi.

Booz iste, cuius pu-  
ellis in agro iuncta es  
propinquus noster est  
& hac nocte aream  
hordei ventilat.

Lauare igitur, &  
vngere, & induere  
cultioribus vestimen-  
tis, & descendere in a-  
ream, non te videat  
homo, donec efum

po-

potumque finierit. dere et bibere.

Quando autem ie-  
rit ad dormiendum,  
nota locum in quo  
dormiat: veniesq; &  
discooperies pallium  
quo operitur à parte  
pedum, & proiec-  
te & ibi iacebis: ipse  
autem dicit tibi quid  
agere debeas.

Quæ respodit, quic-  
quid præceperis, fa-  
ciam.

Descenditque in a-  
ream, & fecit omnia  
quæ sibi imperauerat  
focrus.

Cumq; comedisset Booz, & bibisset, &  
factus esset hilarior,  
issetq; ad dormiendum  
iuxta aceruum mani-  
pulorum, venit abs-  
condite, & discoop-  
erto pallio, à pedi-  
bus eius se proiecit.

Et ecce, nocte iam me-  
dia expauit homo, &  
conturbatus est: vi-  
ditque mulierem ia-  
cetem ad pedes suos.

Et ait illi, Quæ es?

Et dixit, Quis tu es?

B 3

Quæ dixit, ego sum Ruth  
ancilla tua, expâde alam  
tuam super ancillam tu-  
am, quia vindex es.

Et dixit, Benedicta tu  
Domino mi filia: melio-  
rem fecisti benignita-  
tem tuam posteriorem  
priore, non eundo post  
iuvemes tenues sive divi-  
tes.

Et nunc filia mi, ne ti-  
meto, quicquid dixeris,  
faciam tibi: novit enim  
universa porta populi  
mei, te mulierem virtu-  
tis esse.

Et nunc quia verè licet  
vindex ego sim, tamen  
etiam est vindex propin-  
quier me.

Pernocta hac nocte, e-  
ritq; manè, si vendicabit  
te, bene est; sin autem no-  
luerit vendicare te, tum  
vendicabo te ego, vivit-

Illaq; respondit: Ego  
sum Ruth ancilla tua:  
expande pallium tu-  
um super famulam  
tuam, quia propin-  
quis es.

Et ille: Benedicta,  
inquit, es, à Domino  
filia, & priorem miser-  
icordiam posteriore  
superasti: quia non es  
secura iuuenes pau-  
peres, siue diuites.

Noli ergo metuere,  
sed quicquid dixeris  
mihi, faciam tibi. Scit  
enim omnis populus  
qui habitat intra por-  
tas urbis meæ, mulie-  
rem te esse virtutis.

Nec abnuo me pro-  
pinquum, sed est ali-  
us me propinquior.

Quiesce hac nocte:  
& factò mane, si te vo-  
luerit proquinquita-  
tis iure retinere, be-  
ne res acta est; sin au-  
tem ille noluerit, ego  
te absq; illa dubita-  
tione

tione suscipiam, viuit  
dñs, dormivsq; mane.

Dormiuit itaq; ad <sup>14</sup> pedes e-  
ius usque mane, & sur-  
rexit priusquam agnosc-  
ceret vir socium suum,  
& dixit, Ne innotescat  
venisse mulierem in a-  
ream.

Et rursum, expâde, <sup>15</sup> inquit, pallium tuū,  
quo operiris, & tene  
vtraq; manu; qua ex-  
tendente & tenente,  
mësus est sex modios  
hordei, et posuit su-  
per eā. Quæ portäs in  
gressa est ciuitatem,

Et venit ad socrum su-  
am, quæ dicebat: quæ-  
nam tu es filia mi? & in-  
dicavit ei omnia, quæ fe-  
cerat sibi vir ille.

Et ait, Ecce sex mo-  
dios hordei dedit mi-  
hi, & ait, Nolo vacu-  
am te reuerti ad so-  
crum tuam.

Dixitque Noemi,  
Expecta filia, donec  
donec cognoscas quo-

modo cadet res : quoniam non quiescet vir ille donec perfecerit rem illam hodie.

## C A P . I I I I .

**E**T Booz ascendit in portam , & sedit ibi , & ecce vindex ille transibat, de quo locutus fuerat Booz, cui dixit, Accede, sede hic N. & accessit & sedit.

Et assumpsit decem viros è senioribus urbis, & dixit: Sedete hic, & sederunt,

Et dixit vindici, Partem agri , quæ est fratri nostri Eli melechi , vendidit Noomi, quæ reversa est de regione Moabitide.

Et ego dixi , revelabo aurem tuam dicendo , Compara coram assidētibus, & coram seniori-

videamus quem res exitum habeat . neq; enim cessabit homo nisi cōpleuerit quod locutus est.

**A**Scendit ergo Booz ad portam , & sedit ibi. Cumq; vidi- fset propinquum præ terire, de quo prius sermo habitus est, di- xit ad eum ; Declina paulisper, & sede hic vocas eu nomine suo. qui diuerit & sedit.

**T**ollés aut̄ Booz de- cem viros de seniori- bus ciuitatis, dixit ad eos; sedete hic. Qui bus residentibus

**L**ocutus est ad pro- pinquum ; Partem a- gri fratri nostri Eli- melech vendet Noe- mi, quæ reuersa est de

regione Moabitide.

**Q**uod audire te vo- lui, & tibi dicere co- ram cū&tis sedētibus, & maioribus natu de populo meo . Si vis pos-

possidere iure propria quitatis: eme, & possi de. fina utem dispiacet tibi hoc ipsum; indica mihi, vt scia quid fa- cere debeā. nullus e- nīm est p̄pinquus ex- cepto te, qui prior es: & me , qui secundus sum. At ille respon- dit, Ego agrū emam.

Cui dixit Booz, Quo die cōparabis agrum il- lum è manu Noomi, & à Rutha Moabitide ux- ore defuncti cōparabis, ad excitandum nomen demortui in possessio- nem eius.

Qui respondit, Ce- do iuri propinqui- tatis. neq; enim poste- ritatem familiæ meæ delere debeo. tu meo vrere priuilegio, quo me libenter carere profiteor.

Hic aut̄ erat mos an- tiquitus in Israel inter p̄pinquos, vt si quan- do alter alteri suo iuri cedebat, vt esset firma cōcessio, soluebat ho-

B 5

bus populi mei: si vendi- cabis, vendica; sed si non vendicabis, indica mihi, ut sciam: quia nō est p̄- ter te, qui vēdicet, & ego post te. Et dixit, Ego ven- dicabo.

Tum dixit Booz, Quo die cōparabis agrum il- lum è manu Noomi, & à Rutha Moabitide ux- ore defuncti cōparabis, ad excitandum nomen demortui in possessio- nem eius.

Et dixit vindex, Non possum vendicare mihi, ne corrumpam possessio- nem meam: vendica ti- bi tu vindicias meas, nam non possum vendicare.

Ethoc olim erat in Is- raele in vīdicijs, & in per mutatione ad firmādam omnem rem , exuebat homo calceum suum, &

dabat proximo suo, atq; hoc erat testimonium in Israel.

Et dixit vindex Boozo, Compara tibi, & exiit calceum suum.

Et dixit Booz senioribus, & cuncto populo, testes vos hodie me comparsae omnia quæ Eli-melechi, & omnia quæ Chelionis & Mahalonis, è manu Noomi.

Et etiam Rutham Mabitidem uxorem Mahalonis comparo mihi in uxorem, ad excitandum nomen demortui super possessionem eius, ut nō exscindatur nomen defuncti à fratribus suis, & à porta loci sui: testes estis vos hodie.

Et dixerunt omnis populus, qui in porta, & seniores, testes; Det Domi

mo calceamentū suū, et dabat proximo suo, hoc erat testimonium cessionis in Israel.

<sup>8</sup> Dicit ergo propinquo suo Booz, Tolle calceamētum tuum: quod statim soluit de pede suo.

At ille maioribus natu & vniuerso populo, Testes vos, inquit, estis hodie, quòd posfederim oia quæ fuerunt Eli-melech & Chelion & Mahalon tradente Noemi:

<sup>10</sup> Et Ruth Moabitidem, vxorem Mahalon, in coniugii sumptuerim, vt iuscitem nomen defuncti in hereditate sua, ne vocabulum eius de familia sua, ac fratribus de populo deleatur. Vos, inquam, huius rei testes estis.

<sup>11</sup> Respondit omnis populus qui erat in porta, & maiores natu, Nos testes sumus: faciat

faciat Dominus hanc mulierem quæ ingreditur domum tuam, sicut Rachel & Liam, quæ edificauerūt domum Israel, vt sit exemplum virtutis in Ephrata, & habeat celebre nomen in Beth-lehem.

Fiatque domus tua sicut domus Phares, quem perperit Thamar Iudæ è semine, quod dabit Dominus tibi ex puella ista.

Tulit itaque Booz Ruth, & accepit uxorem; ingressusque est ad eam, & dedit illi Dominus vt cōciperet, & pareret filium.

Dixeruntq; mulieres ad res ad Noem; Benedictus Dominus qui non est paclus vt deficeret successor familiæ tuæ, & vocaretur nomen eius in Israel.

<sup>14</sup> Et dixerūt mulieres ad Noem; Benedictus Dominus qui non destituit te vindice hodie, et vocetur nomen eius in Israel.

<sup>15</sup> Et erit tibi reducens animā, & sustinebit canitem tuam, quoniam nu-

rus tua, quæ amat te, per-  
perit eum, quæ melior ti-  
bi est septem filijs.

Et accepit Noomi pue-<sup>16</sup>  
rum, & posuit eum in si-  
nu suo, & fuit ei in nu-  
tricem.

Vocaveruntque ei vi-<sup>17</sup>  
cinæ nomen dicēdo: na-  
tus est filius Noomi, &  
vocaverunt nomen eius  
Obed. Ipse est pater Isai  
patris Davidis.

Atque hæ sunt genera-<sup>18</sup>  
tiones Phares: Phares ge-  
nuit Esron,

Et Hesrō genuit Ram:<sup>19</sup> Esron genuit Aram,  
& Rā genuit Aminadab.

Et Aminadab genuit<sup>20</sup> Aminadab  
Nahasson: & Nahasson  
genuit Salma,

Et Salmon genuit Bo-<sup>21</sup> Salmō genuit Booz  
oz: & Booz genuit Obed.

Et Obed genuit Isai: &<sup>22</sup> Obed genuit Isai,  
Isai genuit Davidem.

de nuru enī tua natus  
est, q te diligit: & mul-  
tò tibi melior est quā  
si septē haberes filios.

Susceptumq; Noe-  
mi puerum posuit in  
sinu suo, et nutricis  
ac gerulę fungebatur  
officio.

Vicinæ autem mu-  
lieres congratulantes  
ei, & dicentes, Natus  
est filius Noemi; vo-  
cauerunt nomen eius  
Obed: hic est pater  
Isai, patris David.

Hæ sunt genera-  
tiones Phares: Phares  
genuit Esron,

Aram genuit Amina-  
dab,

Nahasson, Nahasson  
genuit Salmon,

Booz genuit Obed,

Isai genuit Davidem.

## I. DRVSII

C O M M E N T A R I V S  
I N  
R V T H.

R VTH] id est, liber sive historia Ruth. inscri-  
ptio est, ut Esther, ut Iudith, ut Tobias. Hunc  
librum pars Ebreorum hagiographis annumerant,  
compactum in volumina ea, quæ Ebraico voca-  
bulo, quod à volvendo deductum, MEGILLOT  
vocantur. Sunt autem, Canticum canticorum:  
Coheleth sive Ecclesiastes: Ruth: Lamentationes  
sive Threni: Esther. Hieronymus præfatione in  
Reges: Nonnulli Ruth & CINOTH inter hagiogra-  
pha scriptitant. Pars eum compingebant in librum  
Iudicum: Idem ibidem: deinde subtexunt S O P H E-  
T I M (de Ebræis loquitur) hoc est Iudicum librum,  
& in eundem compingunt Ruth. ita quidem ut sub  
nomine Iudicum, etiam hunc librum comprehen-  
derent. Sic enim locus Eusebij, qui hoc indicat,  
intelligendus, Κετραι, Ρουθ, παρ' αὐτοῖς ἐν τῷ περὶ  
histo. Eccles. lib. 6. cap. 25. Fama tenet vtriusque  
libri compositem fuisse Samuelem. Isidorus de  
etymologijs: Iudicum librum & Ruth edidisse cre-  
ditur Samuel. Augustinus Eugubinus, Credimus  
cum Ebrais librum Job à Moze esse conscriptum: Iosue  
vero, libramq; Iudicum, & Ruth, à Samuele.

IN

## CAPVT PRIMVM.

Vers. I.

**F**uit in diebus cum indicarent Indices, ut esset fames] in Ebraeo habetur ad verbum, & fuit in diebus indicare Indices, & fuit fames in terra.

**E**t fuit] copula, & otium agit ex Ebraismo, ubi tamen minimè otiosa est. nam futurum in praeteritum mutat. Sic Esth. 1. 1. *Et fuit in diebus Averi, satis enim, fuit in diebus Averi.*

**I**N diebus] temporibus Iudicium. Indices autem vocabant Rectores sive Præfides Iudææ; unde, *Liber Iudicium.*

**IUDICARE indices]** vel quod magis arridet, *indicare iudicum*, hoc est, iudicaturæ (licet mihi sic loqui) sive recturæ Iudicium. Vult dicere, quo tempore Indices rempub. Israelitarum iudicabant atque regebant. Quidam explanant, cum Deus indicaret Indices, iudicaret, hoc est, puniret, fame afficeret. non placet. Vetus editio, *in diebus unius Iudicis, quando Indices praeerant.* longulè ab Ebraeo divertit, sed nos in viam eam reduximus: nec dubitamus quin rectè.

**E**t fuit fames] abundat & fuit alijs interpretibus: mihi contra videtur: itaque exposui, ut esset fames. Sic infra 3. 8. & fuit media nocte & contremuit, Latinè, accidit media nocte ut contremiseret.

**F**AMES] ortam hanc famem scribit Iosephus sub Eli sacerdote eo, cui Samuel successit: sed pugnat

pugnat cum hac sententia recensio maiorum Davidis, quæ in extremo huius libri: tum etiam Annales Ebraeorum. In Seder Olam maiore cap. 12.

*Nabafon Aminadabi filius mortuus est anno secundo exitus Israelitarum ex Egypto. Salmon ex ijs fuit qui terram ingressi sunt. Obiit post Iosuam tota etas illa. Porro Elimelechus frater Salmonis fuit.*

Hæc ibi. Ecce aiunt Salmonis fratrem fuisse Elimelechum, sub quo fames hæc orta fuit. Quod si est, vixit Elimelechus sub principatu Iosue, quo tempore frater ipsius uxorem duxit meretricem Rachab, quæ hospitio exceperat speculatorum. Fatur Hieronym. proœmio in Hoseam, ita scribēs:

*Cur Salmon virum insum Booz de Rachab meretrice generauit, qui Ruth Moabitem pinna pallij sui operiens, & iacentem ad pedes, ad caput eunghely transfluit.*

Hoc concessò corruit opinio Iosephi: etiam illa, quæ tenet hanc famem accidisse sub principatu Abesan Iudicis, quem aiunt paululum immutato nomine in hac historia Booz nuncupari: logi, cui opinioni quo minus assentiar facit autoritas libri superius citati, qui annorum mundi seriem continet. In eo enim proditum hæc evenisse Eglonis ævo Regis Moabitarum. Et ut fortasse hoc ex scris litteris liquido probari non possit; tamen habita ratione temporis, quo Elimelechus vixit, non dubito hanc sententiam, dum certiorem edoctus fuero, cæteris omnibus preferre.

*In terra] cō r̄y ȳ de Iudea x̄at̄ īz̄x̄r̄, ut 2. Reg. 8. venit famē super terram. ut Ioel. 1. 2. omnes habitatores terra. Vide quæ scripsimus Ani- mad. lib. II. cap. IIII.*

*VIR] i. quidam.*

*E Beth-lehem] constructio est hoc modo, abijt è Beth-lehem Iuda: vel hoc modo, vir è Beth-lehem, id est, Beth-lehemita quidam. Sed magis se probat animo meo, abijt è Beth-lehem Iuda, cùm mox sequatur Ephrathai è Beth-lehem Iuda. cæteroquin idem bis diceretur. abijt è Beth-lehem, Latinè, abijt Beth-lehemo.*

*BETH-LEHEM Iuda] Annotavit Hieronymus in Matthæo pro Iuda scriptum olim fuisse Iudeæ librarij errore, cùm Iuda hic tribum Iuda significet, non Iudeam.*

*BETH-LEHEM] sonat Latinè, *domus panis*. Eadem Ephratha dicebatur à fertilitate.*

*Iudæa] aut Iehuda. hoc adiectum differentiæ caussa. Fuit enim altera Beth-lehem in tribu Zabulon: unde creditur fuisse Abesan is, de quo memoria usurpata à me superius.*

*AD peregrinandum] ut commoraretur advena & peregrinus. ea est vis verbi Ebraici.*

*IN agris] hoc alij referunt, *in agro*, alij, *in re- gione*. Cæterū promiscuè & pro eodem legimus, *in agris*, &, *in agro*.*

*ET duo filij ipsius] cum duobus filijs suis, puto re- stiūs, quām quod in olim tralatis, cū duobus liberis suis. nam liberorū nomine etiā filiæ intelliguntur.*

*Elime-*

*IV. 2. Elimelech] Si non fallunt Magistri, ha- buit in matrimonio filiam fratris sui. dicunt enim: Elimelech & Salmon pater Booz, & avāvūr̄ ille propinquus, de quo mentio in hoc libro, & pater Noemi, omnes illi fuerunt filij Aminadabi.*

*Ex scholijs Iarij ad vers. 23. huius capitinis.*

*ELIMELECH] Græca & Latina forma nominis dicitur Elimelechus. Itaq; legendū spondeo apud Iosephū Ελιμέλεχ, quod vitiosè in exemplari Græco Αειμέλεχ. Quamvis hoc modo etiam legatur in Biblijs Græcis editione Complutensi. Vide no- tas nostras ad illam editionem. Pro Elimelech ho- die quidam scribunt Elimelec cum c. simplici: quos non sequor. Nam obstat antiqua consuetudo: tum etiam analogia. præterea usus obtinuit ut huius- modi nomina aliter scriberemus. exempla sunt La- mech, Moloch, & alia sexcenta, quæ nullo nego- tio peti ex utriusq; lingua interpretibus possunt.*

*NOOMIL duplīci oō. libri Græci meliores, quos fecutus sum. Quamquam in nonnullis Noemi. Sic etiam legit autor Latinæ veteris. Hodie obtinuit ut scriberetur Naomi: fortè propter accentum. Ea- dem varietas in Oholibamæ, quod nunc scribit ac legunt Aholibama.*

*MAHALON & Chelion] Sunt Verpi nonnulli qui hos nominari putant Ios & Saraph, 1. Paral. 4. 22. quos valde errare arbitror.*

*Mahalon] vel si mavis, Machlon. Apud Iosephum Μαλλων, vitiosum est, ut puto, legendumq; Μαλλων vel Μαλων, unica L. Malon pro Mahalon, ut*

C

Iuda pro Ichuda.

CHELION] talis lectio antiqua. hodie Chil-jon. estq; duarum syllabarum nomen.

E PHRATHÆ] gentile ab Ephratha. est au-tem Ephratha, quæ alio nomine Beth-lehem Iuda, & Beth-lehem Ephratha dicitur.

E Beth-lehem Iuda] abundare videtur quibus-dam. ego additum confirmo lucis causa. Nam E-phrathæ etiam dicuntur, qui de tribu Ephraim. Iud. 12. 5. & 1. Reg. 11. 26.

Beth-lehem] cum virgula iō̄ps, vel Bethlehem sine iō̄ps ex analogia. nam similiter scribuntur Beel-zebub, Haceldema, & alia non pauca. In Ebraicis tamen libris disiunctim legitur Beth Lechem.

E t fuerunt ibi] commorati sunt ibi. Sic locu-tus est infra, egressa est è loco ubi fuerat. verl. 7.

V. 3. VIR] maritus.

RELICTA fuit] remansit in vita cum duobus filijs suis.

V. 4. ET assumperunt] Si verum quod Iosephus narrat, duxerunt uxores vivo adhuc patre, Antiq. hist. lib. 5. cap. 11. Igitur vertendum, & assumperant, videlicet ante obitum patris. Verba Iosephi, quibus hoc, quod dixi, significat, hec sunt: οὐδὲ πέρισσέ των αὐτῶν καλά νοεῖ, τὰν πεπαθάτων, ἔγεται τοις ιω̄ς γυναικεῖς Μωαβίτοις, χιλίαις μὲν Ορφαῖς: Ροῦθη δὲ Μαλλιῶν.

ASSUMPSERUNT] vetus, acceperunt. אִמְצָא. non omnino displicet. Accipere uxorem ductū ex vetero more, quo sponsa tradebatur à parentibus sponso,

sponso, isq; eam accipiebat ab illis, comitatus parē-tibus suis: qui propterea etiam accipere dicuntur filii uxores. Latinè dicimus ducere uxorem, & du-cere simpliciter. Sic nāsui, assumens, οὐκας, qui uxorem duxit.

M O A B I T I D A S] An hoc eis licuit per legem Mosis? cùm id nusquam vetitum sit, videtur licuisse. est enim matrimonium iuris, ut vocant, permisivi, neque quod legitur Deut. 23. 3. Non venient Ammonita & Moabita in Ecclesiam Domini, ne quidem generatione decima: non venient, inquam, in Ecclesiam Domini in aeternum. huic sententię quicquā repugnat. Est tamen quod ei repugnet non nihil. Primum ratio Legis, Deut. 7. 3. Nec filiam eius accipies filio tuo, quia seduceret filium tuum. deinde quod habetur Ezræ 9. 1. Ammonitarum & Moabitarum: cui subnec̄tit, tulerunt enim de filiabus eorum sibi & filiis suis, & commiscuerunt semen suorum cum populis terrarum. Adversatur eidem sententiae Chaldaeus paraphrastes claris verbis. nam in eo sic legimus: Transgressi sunt statuum verbi Domini, ducendo uxores peregrinas è filiabus Moab. Idem paullò post ad locum: morui sunt ambo illi, sic scribit: Eo quod transgressi sunt statuum verbi Domini, affinitatem contrahendo cum populis extraneis, decurriti fuerunt dies eorum. Quid si dicamus ambas proselytas fuisse? ita quidam opinantur, neque mihi id displiceret.

O R P H A] de hac querunt Ebræi an proselyta fuerit. ego vix adduci possum ut credam, Elime-

lechum dedisse filiis suis uxores non colentes religionis, quam Moses instituit. Cæterum quia lechum infrà, redit ad deos suos, putant eam rursus descivisse ad patriam superstitionem, quod non est tamen admodum credibile, cùm Noomi horretur Rutham, ut eam sequatur. *Vade, inquit, post frarriam tuam.* Ego quædam attuli ad hunc locum lib. i. quæst. 16. quibus hoc addo, fieri posse ut Noomi sic locuta sit tentandi gratia. nisi magis ut dicamus eam migrasse leges pietatis? certè in Antiquitatibus Biblicis Philo nescio quis ita scribit: *Et elegit sibi Orpha deos Allophilorum, & abiit post eos.* Ruth autem elegit sibi vias fortissimi. Idem auctor ait Orpham & Ruth sorores fuisse. Item ex Orpha genus ducere gigantem Goliath, quem David occidit. Vide Observat. lib. i. cap. xv.

**A L T E R I U S**] ad verb. secunda.

**R U T H**] uxor Mahalonis. infrà 4, 10. filia Eglonis Moabitum reguli. Chaldeus paraphrastes; partim Ebraeorum: quos tamen in eo errare arbitror. Videndus Nicolaus scholio ad hunc locū.

**HABITARUNT**] Tremellius & Iunius, con-sederunt. ad verb. sederunt. Notum ut sedere Ebræi usurpent pro habitare. Notum & illud, sedem pro habitatione poni solere. Nihil usitatius.

**C I R C I T E R decem annos**] In Iosepho Ruffini, decem & octo. Mendum manifestarium, corrigendum ex hoc loco, & ex codice Græco, ubi recte scriptum διελθόντας δέ δέκα ἡμέρας.

**I B**] in agro Moab.

ETIAM

**W. 5. E T I A M ambo illi**] Dictio etiā referenda ad Elimelechum. neque enim placet Iarii commentum, qui scribit prius extintos fuisse camelos & pecora ipsorum. delirat sapè homo lunaticus: itaq; non nisi cum iudicio legendus.

**R E L I C T A fuit**] remansit superstes.

**M U L I E R illa**] η γυνὴ. articulus vim obtinet pronominis hoc loco, κατ' ἀναφορὰν videlicet.

**A duobus natis suis**] orbata duobus natis & marito.

**N A T I S**] sic malo, quām, ut antè legebatur, liberis.

**W. 6. S U R R E X I T**] Ut sedere dicitur phrasī Ebraica, qui in aliquo loco manet; ita surgere intelligi potest, qui inde digreditur. Ion. 1, 3. surrexit ut fugeret Tharsum.

**N u R u s ipsius**] ambæ nurus ipsius.

**E t r e v e r s a e s t**] Surrexit & reversa est, valet hoc, surrexit ut reverteretur. Quidam exponunt, reversa est, reverti cogitavit. Quale illud, pugnavit Irael cum Balac. pro eo quod est, pugnare instituit. Item illud, invenit navem euentem Tharsum. Ion. 1, 3. Vetus interpres priorem expositionem confirmat. Nam sic retulit, surrexit ut in patriam pergeret eum uiraque nurus sua.

**E x agris Moab**] è regione Moabitide, idem interpres; & bene, meo animo.

**Q U O N I A M audiverat**] propter famem enim discesserat ex patria. ea sedata, rediit, & simul quia ferre non poterat desiderium amissorum libero-

rum, propter quos domo egressa erat, ut Iosephus scribit.

**I**N agro Moab] cum adhuc ibi consideret.

**Q**uod visitasse Dominus populum suum] quod subvenisset populo suo annonam levando, hoc significat cum ait, dando eis panem.

**V**ISITASSET dando] benignè ac largiter dedisset, ea est vis verbi *visitō*. Psal. 8, 4. *Quid homo ut visites eum?* Pro eodem usurpant *respicio*, itaq; vetus translator hic edidit, *quod respexisset populum suum, & dedisset ei escas*. Syrus quoque interpres *Deus visitavit populum suum*, posuit, pro eo quod in exemplari Græco *respexit*. Luc. 7, 16. Dicunt etiam *novi*, & *memini* eodem sensu: recteq; est apud Paraphrastem hoc in loco, *quoniam memor fuisset populi sui Israel, dando eis panem*. Visitare secus denotat cum hoc modo construitur, *Visitabo contra domum Iehu*, sensus enim nunc est, animadvertam in domum Iehu.

**P**OPULUM suum] Israel.

**P**ANE M] frumentum ex quo panis conficitur, vel res ad victum necessarias, cibum ac potum. *Huc refer, quid as panem omni carni.* &, lac caprarum pro pane tuo.

**V**. 7. E loco ubi fuerat] è loco agri Moab, ubi commorata fuerat, suprà, & fuerunt ibi. Vide quæ scripsimus ad locum illum. Vetus, *E loco peregrinationis sue*. hoc est, ubi peregrinata fuerat. placet.

**R**EDEUNDOL eundo, pérgerendo, catachresis,

In

*In terram Iuda*, siue Iudæ: vel *in terram Iudeam*. Terra Iudæa, ut, *terra Grecia, terra Italia*, in quibus exemplis terræ nomen sumitur pro regione.

**V**. 8. I TE, redite] agite dum redite. vel, abite, revertite, vt sit *απονέσθωτος*.

**V**TRA QUI E] vel *amba*, Tremellius & Iunius quaq; placeret, si sermo esset ad plures. nunc cum duas alloquatur, videtur ad sententiam aptius esse *amba* vel *miraque*. ad verbum, *mulier in domum matris sua*. Non erudit modò, quibus hæc omnia notissima sunt, sed neminem esse puto tam in his litteris hospitem, cui notum non sit nomen ΜΗΡΙΝΑ, ponit ab Ebræis pro eo quod Latini dicunt, quisq;; ambo, uterque. sic ΜΗΡΙΝΑ, quæque, ambæ, utraq;.

**M**AIRIS *sua*] maternam, in hoc verbo inest pondus. nam & maius solet esse desiderium matris quam patris, & in eo minus sibi filię quam filij temperant.

**M**ISERICORDIAM] mallem *benignitatem*, vt hoc dicat, faciat vobis benignè.

**C**um mortuis] cum filijs meis, maritis vestris, qui iam mortui sunt. Tremellius hunc locum sic convertit, *exerceat erga vos Iehova benignitatem, quemadmodum exercuisti erga mortuos, & erga me*.

**M**ECUM] officium quod quis tribuit socii spæ, à Latinis propriè appellatur pietas. est enim pietas erga parētes, eosq; qui parentum, loco sunt. Sed & officium quod marito præstatur ab uxore, Ebræis ΤΟΥΝΑ dicitur. latè igitur patet id nomen, neque uno Latino vocabulo exprimi satis com-

modè potest, cùm pietas usu loquendi non sit in Deo, sed erga Deum. Nemo enim ita opinor loqueretur, faciat vobis Dominus piè: aut, exerceat erga vos pietatem.

V. 9. D E T Dominus vobis] optat eis alias nuptias, & quidem feliciores, quàm quibus fuerant privatæ. Iosephus.

V T inveniatis] ad verbum, & inveniatis. figura loquendi Ebraica, qualem antè observavimus in illo, surrexit & reversa est, pro, surrexit ut reverteretur.

R E Q U I E M ] quietum matrimonium, ut infrà, queram tibi requiem, qua tibi benefic. vide quæ notavimus ad hunc locum.

O S C U L A T A est eas] mos hic veterum fuit, cùm discendentes invicem valedicerent.

V. 10. T E C U M revertemur] te comitabimur revertentem, neque enim ipsæ reverti poterant, unde non fuerant egressæ. Aut relaxensu, revertemur, dixit, pro, ibimus. Vide suprà vers. 7. & infrà vers. 22.

A D populum tuum] ad populares tuos Iudeos.

V. 11. F I L I A E meæ] nurus meæ. aut est nomen blandè alloquentis iuniores natu.

C UR iretis] aut, veniretis, ut Tremellius habet.

A N adhuc mihi filij] quedam scitu non indigna notavi ad hunc locum, lib. 3. quæst. 16.

I N utero meo] ad verb. in visceribus meis.

V T sint vobis viri] qui vobis viri sint, secundum legem, quæ habetur Deut. 25, 5. Porrò legem illam

illam intelligendam esse de fratribus germanis, se-  
cūs quàm nonnulli scripserunt, ex hoc loco, hoc est  
è testimonio veritatis minimè dubio, satis probari  
potest. Conferendum etiam hic locus cum illo  
Leuit. 18, 16. Turpitudinem uxoris fratris tui non  
revelabis. Quanquam enim lex generaliter con-  
cepta, tamen excipitur hic casus. & rectè Nicola-  
us ad hunc locum, Excipitur, inquit, casus, quan-  
do frater moritur sine liberis: tunc enim frater vivēs  
non solum potest eam accipere in uxorem, sed etiam te-  
netur eam accipere, ut suscitet semen fratri suo de-  
functo.

V I R I ] ad verb. in viros. Genus loquendi, ut,  
ero ei in patrem: fuerant hostes eius in caput. Ebra-  
ismus est nusquam non obvius.

V. 12. Q U A M ut sim viro] quàm ut possim  
nubere, aut habere consuetudinem cum viro.

E S T mibi spes] prolis.

H A C nocte] ad verb. nox. pro noctu. Sic vete-  
res etiam loquebantur.

V I R O ] híc non tam nubere significat, quàm  
esse cum viro, hoc est, ut alias loquuntur, cognos-  
care virum, sive, rem habere cum viro. Sic Plautus,  
Hac nocte mecum fuit in suā hospitis. dixit, pro eo  
quod est consuetudinem habuit.

V. 13. A N propter eos expectabilitis] eos verti po-  
test, vel propter eos, ut sit H E N pro H E M. nisi pla-  
cket magis propter ea, ut mox: an propter ea prefola-  
bimini? Recens interpres, nunquid retardabimini  
propter eos? Mea sententia, tardari alicui novè dixit

propræstolari. Nam verbum Ebraicum in communione sermonis usu est tardari: à quo nomen anchoram significans, quod nauem sifstat atque remoretur, exstat eo significatu in iure Ebraico, Qui vendit velum, vendit anchoram, id est, גְּמַלֵּת.

D O N E G adoleverint] donec crescant, & annos pubertatis impleant, interpres vetus.

V T non sitis viro] esse viro aliud nihil hic denotat, quam nubere; alioqui unum virū simul habere non potuissent, cum duæ essent. Simile, & suspen- derat ambos in patibulo. vult dicere, patibuli aut crucis supplicio utruncq; affecerunt. Non enim hoc in loco per crucē singularem aliquā crucem denotat, sed magis genus supplicii, quod per crucem siebat.

N E Q U A Q U A M filia mea] nolite differre nuptias vestras tamdiu. Vetus, nolite quasō filia mihi. Addidit quasō ex Bibliis Græcis: quod tamen ex Ebræo abundabat.

Q U O N I A M amarè mihi est] ad verbum, ama- ritudo mihi est. vult dicere, & grē mihi est.

N I M I S] nimis amarè, ut nimis facetè, nimis properè: signat, valde amarè. In eodem loco ni- mis quam valet magis quam integer locus erit si legas, amarius multò mihi est, quam vobis.

Q U A M vobis] posset reddi propter vos hac sententia, Auget dolorem meum quod vos mihi adficiens vidue & sine liberis. Sic editio vetus, quia vestra angustia magis me premit. Verum potius se probat animo meo, quam vobis, aut præquam vobis, quod videtur aptius & sensui convenientius, hoc vult,

vult, maior mea quam vestra ærumna. vos enim viris tantum, ego viro & liberis orbata sum. בְּנָם compendio dictum, pro בְּנָם, cuius compendiū exempla & alia licet invenire. est præterea eu- nallage pro בְּנָם.

Q U O N I A M egressa est] Tremellius, sed exeruit se contra me manus Domini. hac sententia: quod à vobis discedam, id non facio mea sponte; cogor ita facere: urget enim manus Domini, qui me filiis privavit, vos maritis. proinde si vobis grave à me divelli, mihi multò gravius est vestro confortio privari. probo hanc sententiam.

M A N U S] plaga.

¶.14. D E N U O] alias interpres iterum, alias rursum.

O S C U L A T A est] osculo dato valedixit ei, ut Genes. 31, 28. Non permisisti me osculari filios meos & filias meas: ut 1. Reg. 19, 20. Osculer nunc patrem meum, & matrem meam. talis mos hodieq; obtinet in quibusdam locis, ut videlicet discedentes valedicur se invicem deosculentur.

A D H E S I T ei] firmissime, ut que glutine coniuncta sunt. est enim רְבִק adglutinari, quod Græci dicunt πεσκολλασθαι, quo significatur arctissima coniunctio, qualis est viri, & uxoris. Vfus eo verbo Moses Gen. 2, 24. & Christus Matth. 19, 5. & Apostolus ad Ephesios cap. 5.

¶.15. E T dixit] Noomi.

F R A T R I A tua] uxor leviri tui. Vetus, cognata tua. iuxta vulgare idioma Italorum cognatam vo-

cat, quæ à Græcis οὐδὲ, id est, uxor leviri. proprie loquendo Orpha & Ruth ianitrices erant, οὐδὲς, ἡ σύνυμφοι, hoc est, duorum fratum uxores.

**A d** *populum suum*] ad populares suos Moabitas.

**A d** *deos suos*] utrum hoc dicit, ad religionem deorum suorum? an hoc, ad locum ubi coluntur dij patrij ipsius? ut idem sit cum illo, quod Iosephus refert, *in patriam suam*. priorem expostionem cōfirmat illud, *Deus tuus, Deus meus*. Ex hoc loco colligunt nonnulli Orpham à religione Moysis, quam vivo marito coluerat, descivisse ad religionem patriam. Ceterū pro *ad deos suos*, licet etiam vertere, *ad Deum suum*. Nam proprium erat numen ei genti, Chamos appellatum: unde illud, *popule Chamos*, de Moabitis. Vide Animad. li. 1. cap. 56.

**P**òst *fratriam tuam*] tentandi animo, & ut fidem eius exploret quidam hæc dici putant. Vide suprà quæ notamus ad vers. 4.

**V.** 16. **N** e *adverseris mihi*] ita vetus interpres quem fecutus sum. hoc vult, ne me urge rogando ut te deseram, ut à te discedam. Vide infrà 2, 22. ad verb. *ne occurras in me*. Santes, *ne roges me*.

**R E C E D E N D O**] revertendo.

**Q** uocunque *iveris*] quocunque terrarum iveris, te sequar.

**P**ERN OCTAVERIS] diversata fueris, mäseris.

**P**OPULUS *tus*] ego me in numerum tuorum popularium aggregabo.

**D**eus *tus*] eandem tecum religionem colam;

&

& gente, & religione Iudea ero.

**V.** 17. **V**ICUNQUE *moriēris, moriar*] eodem loco moriar tecum, neque patiar me sepeliri alibi, quām ubi tu sepulta eris.

**S**IC *mibi Deus faciat*] formulq. iurandi apud Ebræos. nos diceremus, ita habeam Deum proprium, ita me Deus adiuvet, vel amet. hoc significat, ita me Deus amet, ut propositum est manere apud te, quam, nisi mors, nulla res à me divellat.

**F**ACIAT] utrum benè an male?

**A**DDAT] pergit facere.

**M**ORS] ὁ θάνατος, cum articulo, mors sola. ac si diceret, dum vivam, à te non divellar.

**V.** 18. **Q**uòd *obfirmasset*] Tremellius, *videns eam fortiter instare, ut pergeret secum*.

**D**ESTITIT *loqui ad eam*] nō simpliciter loqui, sed sic loqui, ut hactenus locuta fuerat: quasi diceret, destitit ei suadere redditum in patriam.

**V.** 19. **A**MBÆL] in Ebræo est, *ambæille*, & בְּנֵי pro בְּנֵי enallage generum.

**C**OMMOTAFUIT] & *fuit & commota est*. Latinè sic, accidit ut tota civitas ad eas effusa quasi cū tumultu accurreret.

**T**O TA CIVITAS] omnes cives. Figura loquendi, ut Matth. 2, 3. *Herodes rex turbatus est, & tota Ierosolyma cum eo*.

**E**T *dixerunt*] mulieres Beth-lehemiticæ.

**A**N *hec Noomi?*] non tam interrogant quām mirantur.

**V.** 20. **N**EVOCATE ME *Noomi*] nam hoc nomen

tueri non possum marito ac liberis orbata.

Noomi] id est, iucundam, amoenam. Vetus *pulchram*. Ferri potest; præoptem tamen prius, quod non ita est alienum à contrario MARA: ad sententiam certè est multò aptius. quanquam vox Ebræa utrumque significat.

VOCATE me MARA] potius vocate me MARA, id est, amaram, tristem, horridam, animi ægram. Metaphora.

AMARITUDINE] tristitia, horrore.

OMNIPOTENS] SADDAI, de quo lib. 2. Quæst. 1. à Græcis interpretatur hoc loco δικαστής, id est sufficiens, aut potens.

¶. 21. PLENA] maritum habens ac liberos. huius contrarium, vacuæ reduxit me Dominus: orbam liberis, orbam marito.

VACUÆ] Santes & alii, vacuam. non ita placet, nam esset RECA, cuius masculinum REC; unde RECIM, homines vacui & inanes. Malo igitur RECAM vacuæ, adverbialiter, ut δεῖ gratis, frustra. Nam quæ sic terminantur apud Ebræos, naturam habent adverbiorum, qualia sunt apud autores Latinos, Palam, protinam, promiscam, properam, & alia eiusdem generis.

TESTIFICATUS fit in me] Sic Tremellius vertit. Fuit aliquando cum vertendum esse opinari affixerit me. Nunc opinioni meæ obstat duo animadverto. primùm obstat genus constructio-*nis*, in me: deinde quia lectum נָעַנְנָא. nam affixerit, id est, נָעַנְנָא. Eadem obstant interpre-

pretationi antiquæ humiliavit me, nisi probetur verbum Ebraicum in ea coniugatione sic constru-ctum talem significationem habere. de quo amplius quærendum censeo. Nam testificatus est in me, ut liberè dicam, non admodum arridet.

ET Omnipotens malis afficerit me] allevamentū quoddam doloris est, in rebus adversis credere nihil fortuitum; sed mala omnia à Deo esse: ipsum verò, cum omnipotens sit, posse, si velit, eadem in melius commutare.

¶. 22. ET reversa est] hic & valet igitur, aut tale quid.

QUAE redierat] quæ venerat. Ita Iosephus ex-plicat ἀνθρώπου δὲ Ρέθιν μη τούς πανθεράς εἰς τὴν Βιθλεέμων, Βοός οὐ Ελιμελέχες ( vulgo perperam Αβιμελέχου) συγ-γενεῖς ὦν, ξενίζεται.

MESIS hordeorum] quæ ante messim tritice-am. Porro messis inchoabatur secunda Azymoru, nempe sexto decimo mensis Nisan, qui Martio re-spondet ex parte. Durabat autem dies XLIX, sive hebdomadas septem integras, videlicet usq; ad VI. mensis Sivan, hoc est Maij.

Vers. 1.

ET ipsi Noomi] Metabasis ad narrationem se-quentem. Quare non assentior ijs, qui hic finem faciunt capitil primi. magis probo. ut sit initium capitil secundi, cuius reifirmandæ libri Ebræi me-

liores, quos secutus sum;

**E R A T]** desidefatur hoc in textu Ebræo.

**C O G N A T U S]** Vetus interpres, *consanguineus*. Hoc vult, Noomii habebat cognatum ex parte viri sui: aut hoc, habebat cognatum, qui idem erat cognatus viri ipsius. potest verti, τὸς Νοομίου ερατ κογνάτος, νηροὶ ίψιοι, πρὸς νηροὶ ίψιοι, ut sit ἀσύδελος. Vide quæ notamus cap. I. vers. 2.

**V I R opum potens]** vox Ebraica בָּנִי, πολιθόνιος est. Nam & opes significat, & exercitum, & robur; unde variae in hunc locum interpretationes. ego eam posui, quam præ cæteris probo, & quam puto germanam esse. Vetus, *homo potens & magnarū opum*. integer locus erit, si addideris, *de cognitione Elimelech*. Quanquam caussa est cur credam hanc partem ab ipso interprete omissam fuisse, & non à librariis.

**E familia Elimelechi]** Sierat cognatus τῷ Νοομίῳ, cur dicit ἐ Familia Elimelechi? & opinor quia foeminae non habent propriæ familiam: transiunt enim in familiam & nomen viri. Sed fortasse cognatus ei erat duntaxat per virum. id si conceditur, falsum est, quod tamen Ebræi memoriae prodiderunt, ut patet ex verbis adductis suprà cap. I. vers. 2. falsum, inquam, est Noomin & Boozum patruelles fuisse.

**B o o z]** vel Boaz, ut critici Ebræorum legunt. ex Booz forma nominis Græca apud Iosephum Boοζ legitur, id est, Boozus. Hic à nonnullis putatur esse Abesan, de quo Iud. 12, 18. sed mihi non vide-

videtur. Videnda sunt quæ scripsimus ad versum primum capitinis primi.

**V. 2. I n agrum]** utrum hoc dicit, *ibo in agros?* an, *in unum aliquem agrum?*

**E t colligam]** licebat hoc viduæ & peregrinæ ex lege quæ habetur Deut. 24. 19. *Quum messueris messem tuam, & oblitus manipulum reliqueris in agro, non reverteris ut tollas illum: sed advenam, pullum, & viduam auferre patieris.*

**S P I C A S]** melius sortasse, *despicis*. in Ebræo ad verbum, *in spicis*.

**C u i u s in oculis invenero gratiam]** cui sic grata ero, ut me colligentem non impediatur.

**V. 3. E t collegit]** spicas relietas à messoribus.

**A C C I D I T casus eius]** casu incidit in agrum Booz, cum illum Boozi esse minimè sciret. alioqui respectu divinæ providentiæ, qua hæc omnia gubernata fuerunt, nihil est fortuitum. Sic Luc. 10. 31. *Fortè autem sacerdos quidam descendit per eandem viam.*

**E familia]** prius erat *de cognitione*. mihi placuit, *de familia*. Non enim eadem est vis huius & illius verbi. nam è cognitione alicuius esse possunt, qui tamen non sintē familiæ ipsius, cum foeminae sequantur familiam viri, ut diximus. Præterea familia Ebraicæ תְּהִלָּתֶךָ: cognatio τυγχάνει dicitur.

**V. 4. B E N E D I C A tibi Dominus]** formula bene precandi, ut Psal. 128. *Benedicat tibi Dominus ex Sion: & 129. 9. neque dicent viatores, Benedictio Domini super vos. valet autem, bene tibi faciat Do-*

minus, bene faueat.

V. 5. PUERO *suo*] famulo suo, servo suo, ut Matth. 14. 2. & dixit pueris suis. Esth. 6. 5. dixerunt ei pueri regis.

Qui *constitutus erat supra messores*] Iosephus hunc ἀρχοκράτον vocat: quæ vox significat curatorem agri.

Cuius est *puerilla bac?*] filia subaudiendum, aut vidua, aut tale quid.

V. 6. Qui *constitutus erat*] qui præterat messoribus ipsius.

Quæ rediit] quæ venit: aut, quæ comitata est Noomin redeuntem ex agris Moab.

V. 7. Et dixit] Ruth.

LEGAM] simulac venit in agrum tuum, petijt sibi dari licentiam legendi spicas.

NUNC] quæso, habent aliquot editiones, quorum ego interpretationem non sequor. non enim ANA est in Ebraeo, sed NA: quod NUNC interpretatus sum ex scholijs Ebraicis, & ex Chaldaica paraphrasi: tamen alteram illam interpretationem non planè damno.

Et colligam] liceat mihi colligere.

INTER manipulos] ad verbum, in manipulis. Ebraismum Græcus interpres retinuit c̄ rois εδωλον, c̄ rois δεσμουν. Quid si vertatur, legam de spicis, & colligam de manipulis? ut aliud sit, legere spicas, & de spicis. item, colligere manipulos, & de manipulis. Sic differunt, comedere panem, & de pane: bibere vinum, & de vino: aquam, & de aqua. sed

fed hoc dubitanus pono, non affirmo.

Ex eō manē] quo primū huc venit. ad verbū, extinc manē. aut dictio tunc παρέπειν.

HÆC *sesatio ipsius*] locus hic & diu & acriter mētorsit. utrum hoc significat, modo sedet domi paululum? an hoc, ideo sedet domi paululum: ob hanc causam tam parum domi manet. aut sensus est, hic mansio ipsius: domi parum, ut subintelligatur est, vel sedet.

IN domo] vel domi.

V. 8. A U D I *mi filia*] in Ebraeo legitur ad verbum, An ne audis filia mi? ego sensum expressi, nisi fallor.

M I *filia*] hinc colligunt Boozum ijs temporibus ætate proiectiorem, Rutham verò adolescens tulam fuisse. Sanè quidem nomen filia, vox est, quæ uti solent, qui minores natu compellant.

NE rveris] vel, ne sto. & mox, ne discedito hinc, sed hæreto &c.

A D *legendum*] ad spicilegium faciendum. Iosephus non optima fide hunc locum expressit. nam in eo sic legitur, καλαθεσθαι μὲν αὐτὴν τὸν οὐλόν. Θεριζεν δὲ τὰς ὅτι τοῦ διηνετο καὶ λαμβάνειν ἵππισθαι. Quibus otium est, expedient, iudicabunt.

HÆRETO] καλαθεσθαι. verbum est à nomine, quod viscus sive gluten significat, deductum.

CUM *puellis meis*] apud famulas & operarias meas.

V. 9. O C U L I *tui*] subaudi, intenti sint. ac si dicat, habeto semper oculos intentos in partem agri.

ubi metent.

Eos] **¶** pro **¶**, vt referatur ad messores. eadem enallage usus est suprà i. 13. aut vertendum, sequeris eas. ad verbum, *ibis post eas*. vult dicere post pueras meas spicilegium facientes.

**P U E R I S i f i s**] **τοῖς παιδαρίοις**. articulus vim habet ἀναφοράν. ideo eum per pronomen expressimus.

**N E tangerent te?**] tangerent dixit pro læderent, violarent: ut in illo Gen. 26.11. quicunque tetigerit virum istum aut uxorem eius. Figura est, quam pœnæ vocant. ea qui uti volunt, ubi quis aliquem percussérat, aut etiam insigniter læserit, tetigisse dicunt. Ea causâ est, ut non nunquam ipsum tangendi verbum idem valeat quod lædere. Psal. \* nolite tangere uncos meos. Catullus, *flos tactus aratro*, id est, læsus, percussus.

**E x eo quod hauserint**] verbum è verbo, *ex quo hauserint*. integrum est, ex aqua, quam hauserint.

**V. 10. CECIDIT super faciem**] præstare opinor ut legamus, *procidit in faciem*, & illud, *super*, repudiemus.

**E t adoravit**] summissè illum venerata est corpore in terram inclinato. humilis & abiectæ veneratiois gestus civili adoratione, quæ in oriente olim frequens. eius exemplum habes, Matth. 18. 26. *procidens adorabat eum*.

**C U R invenio gratiam**] cur in gratia sum apud te aded. Luc. 1.30. *Ne time Maria: invenisti enim gratiam apud Deum*, dictio merè Ebraica.

**V T me agnoscas**] ut mei tantam rationē habeas.  
infrà

infrà 18. *si cognitor tuus benedictus*. Eadem verbis in illo, *Quid homo ut cognoscas eum?* in alijs, *ut noscas eum*. nosce live cognoscere in his & similibus locis, est eum, quem noveris, amare, eiique bene velle, & commodorum ipsius rationem habere.

**C U M sim peregrina**] causa est cur malim, **cum sim ignota**. ad verbum, *& ego ignota*. Nota figuram, *ut noscas me*, **cum sim ignota**: paranomasia est. Porro *ignota*, id est, peregrina. Ebraicè **N O C H R I A**. sic vocantur peregrinæ mulieres per antiphrasin, quod peregrinæ dum sunt, earum genus ac parentes ignorentur: vel quod peregrino habitu & vultu facile alijs innotescant.

**V. 11. I N D I C A N D O indicatum est**] legitur in quedam editione, *planè indicatum est*: nec malè. nam talem vim habet geminatio Ebraica in verbis.

**Q U I C Q U I D fecisti**] quale te præstiteris erga Noomi socrum tuam, post obitum viri tui Mahalonis.

**T E R R A M nativitatis**] natale solum, patriam tuam.

**A D populum**] Iudaicum.

**H E R I nudus tertius**] **χειρὶς οὐ πεδῶν**, id est, antea, proverbiale.

**V. 12. O P U S tuum**] quæcunque fecisti socrui & marito. ac si diceret, quemadmodum tu marium & socrum bene habuisti: ita vicissim Dominus bene tibi faciat, bene te habeat.

**S I T merces tua perfecta à Domino**] cumulatissime te remuneretur Dominus: plenam mercedem

recipias à Domino. In paraphrasi Chaldaica, *Re-pendat opus tuum*, in hoc seculo: *Sit merces tua per-fecta*, in seculo venturo. hoc vult, digno præmio afficiat bonum tuum opus in hac vita, & sit merces tua perfecta in altera vita, sive in seculo, quod post hoc venturum est.

**P E R F E C T A**] integra, plena, cumulata.

**V E N I S T I recipere te**] venisti, ut te reciperes, ut confuges ad eum, spem collocando in tutela ac præsidio ipsius.

**S U B alas eius**] alarum nomine tutelam ac præsidium denotat. tralatio à pullis avium, qui sub aliis matrum delitescunt: aut respexit ad alas cherubinorum, quibus arca tegebatur. hoc verius videtur.

**¶. 13. Et dixit**] *Qua dixit*, est in alijs quibusdam editionibus: & recte, meo animo. quanquam in Ebræo ad verbum, & dixit. Quod de Ruth intelligendum esse indicant non solum sequentia, sed ipsum etiam verbū, quod in Ebræo sceminiū est.

**I N V E N I o gratiam**] q. d. agnoscō me in gratia apud te esse, qui sic me consolatus, animumq; meū ita allocutus sis, idq; nullo meo merito, cùm digna non sim, quæ numerer inter ancillas tuas.

**M E**] peregrinam, viduam, pauperem. ea vis in pronomine.

**L O C U T U S es ad cor**] Quid sit loqui ad cor, explicatum satis superque à me, in Observationibus, lib. viii. cap. i. inde igitur, qui volet, petat sensum huius loci, quem satis habeo indicasse, quia piget eadem repetere.

A N-

**A N C I L L A E tua**] ad cor ancillæ tuae, dixit: ut in Cantico Mariæ Luc. i. 48. respexit ad humilitatem ancilla sue. eodem modo serui nomine utuntur, quando de viris sermo. 2. Sam. 9. 11. *sicut insisti Domine mi rex servo tuo*, sic faciet servus tuus. sermo plenus modestiæ & demissionis animi.

**C ù m ego non sum**] ad verbum, & ego non sum. Tremellius & Junius, *at ego non sum futura ut una ancillarum tuarum*. hac sententia, satis gratiæ consecutus mihi videor apud te, dum me viduam & peregrinam verbis tam humanis consolatus es: aliud nihil à te exspecto. Quin indignam me duco, quæ beneficium illud accipiam, quod domesticorū tuorum proprium est. ac si diceret: non sum digna, quæ colligam inter ancillas tuas. pérplacet hæc sententia.

**N O N sum**] præstare opinor ut addatur *futura*: vel potius ut vertatur, *at ego non ero*. hoc mihi serò admodum in mente venit.

**¶. 14. D ixit ei tempore cibi**] constructio est hoc modo, *tempore cibi accede hoc*: vel hoc modo, *Dixit ei tempore cibi, accede hoc*. utro modo construas parum interest. tamen sententia posterior magis placet.

**T E M P O R E cibi**] cùm cibum sumeret ipse & messores, & famulæ ipsius. intelligit autem tempus prandij, quantum ex sequentibus colligere possum. Cœnabant enim sole occaso, cùm ab opere cessarent, ut paret ex 3. 3. Aliter, *Tempore cibi*] cùm tempus advenisset capiendi cibi. & incertū, utrum tempus prandij fuerit, an tempus cœnæ; nisi quod

D 4

sequentia docent hæc potius intelligenda esse de hora prandij. tamen si quis dissentiat hic à me, nolim cum eo multum contendere.

D E pane] *verus, comedere panem*: sed differunt. aliud enim est comedere panem, aliud cùm dicimus, *de pane*. sic *bibere vinum*, & *de vino*. hoc pono, non statuo.

B U C C E L I A M tñam] Tremellius, *bucceam tuñ*. alius interpres, *buccellas tuñas*.

I N aceto] propter æstum. nam acetū refrigerat.

S E D I T igitur] verbum è verbo, & *sedit*.

A latere messorum] iuxta messores.

E T porrexiu] Booz; aut unus alius è pueris, qui aderant. potest verti, *orrecta et fuit polenta*. Tale est, *reputavit ei pro iustitia*: id est, ἐλογίσθη reputatum fuit, ut Apostolus ipse declarat.

P O L E N T A M] polentam Ebræi CALI vocant à torrendo, itaque alij *far tostum*: alij interpretantur, *aristas tostas*.

E T fecit reliquum] Cùm saturata esset, tamen reliquum fecit. plus enim ei porrectum fuit, quād edere posset. itaque superfuit.

Y.15. E T surrexit] Rutha.

A D legendum] spicas.

P U E R I S suis] servis suis, vel certè famulis suis, quod Latina lingua utentes antiquitus dixissent, *hominibus suis*. homines enim peculiariter nominabant servos. Sic Gallico idiomate dicimus, *nostre homme*, cùm servum significamus.

I N T E R manipulos] suprà exposui, *in manipulis*, de

de manipulis. sed præstare videtur ex hoc loco ut exponamus, inter manipulos, ut *in accipiatur pro inter.* docti expendent.

N E pudefacere oam] nolite ei exprobrare pauperiem, aut viduitatem, vel etiam sterilitatem, aut quòd orbata sit marito: summa, nè afficite illam ulla ignominia sive dicto sive facto.

E X T R A H E N D O extrahite] in alijs, *dimittendo dimittite*: in alijs, *solvendo solvite*: quidam, *de industria omittite*. ego interponere me in istam dissensionem non audeo, donec certius aliquid de hoc verbo cognovero.

E mergitibus] hoc malo, quād quod alij, è manipulis. Nam manipuli suprà מִרְמָעָה vocantur. Quidam, *defasciculis manualibus*.

E T relinquite] relinquite ei mergites illos, vel, finite eam colligere mergites, quos extraxeritis.

Y. 17. E T legit] collegit spicas.

E X C U S S I T] virga cadens & excutiens, interpres vetus.

E P H A hordeorum] Ephasive Ephî(nam utroq; modo dicitur) mensura est rerum aridarum tria sata capiens, tantum videlicet quantum batus capit in liquidis. Hieronymus libro quarto & decimo commentariorum super Ezechielem in principio.

Ephas, quæ in Graco sermone ὥπι, ad mensuram pertinet variarum frugum, verbigratia tritici, hordei, leguminosæ. Porro batus, qui Ebraicè appellantur Bath, eadem mensura est, quæ & Ephî: sed in speciebus tantum liquidis, vini, olei, &c. isti insmodi.

Hactenus Hieronymus. Quin tria fata contineat, non dubitabit, qui adibit ad tralationem Chaldaicam Exod. 16. 35. Sed & Ebræi scriptores ad unum omnes huic sententiae suffragantur; cui firmandæ est, quod apud Prophetam Ezezielē,

*Decima pars cori batus, & decima pars cori Ephra.* Nam coru triginta fata capiebat, cuius partem decimali faciunt tria, hac de re plenius dicā in libro de mensuris sacris, quem adfectum apud me domi habeo, & seruo.

**E P H A**] vetus editio, *Ephimensuram*. In eadem est scholion, quod sententiam nostram superius adductam mirabiliter firmat, *id est tres modios*. nam *tres modios* idem cum illo *tria fata*. Sic usurpant eam vocem interpretes antiqui.

**V.18. E t t u l i s**] Ephā hordei videlicet. *Pro tulit* alij reponunt, *detulit*: alij *portavit*: eadem sententia.

**I N u r b e m**] Bethlehemum.

**N U R U S eius**] emenda, *socruseius*. vitium exscriptoris.

**E t v i d i t**] נָרְבָּה. xar' ḥwɔkɔwḥy, pro נָרְבָּה. nam רַאֲתָה radix.

**E t p r o t u l i t & d e d i t ei**] proferens reliquias ciborum, quies saturata fuerat, dedit eas socrui sux: vel, protulit Epham hordei, simulque ei dedit cibatum, qui superfuerat.

**Q u o d r e l i g u n u m f e c e r a t**] ut suprà, & reliquum fecit. Sed si verbū neutrum HOTHIR, qualia multa sunt in hac coniugatione, vertendum, *quod superfuerat*. item, & *superfuit*. ita quidam vertunt: neq; mihi

mihi explicatum adhuc est utra versio melior sit.

**E x s a t u r i t a t e s u a**} ex cibo, unde saturata fuerat. suprà lectum, & comedit, & satiata fuit, & reliquum fecit.

**V.19. V b r i o p e r a t a e s**] in cuius agro fecisti opus, ad verb. ubi fecisti. Facere dicunt pro operari: ut mox, *quicum operata sum*, in *Ebræo*, *quicum feci*. Sic Proverb. 10, *Pauper fit, qui facit manus ignava*. sensus postulat, qui operatur. Hunc Ebraismum retinuit Euangelista, Matth. 20, 12. *Isti ultimi unam horam fecerunt*. Hinc facere aurum, id est, opus ex auro.

**C O G N I T O R tuu s**] qui tui rationem habuit, benefactor tuus. Vide quæ scripsimus ad versum 9. huius capituli.

**B E N E D I C T U S**] bene illi sit.

**Q u i c u m o p e r a t a s u m**] in cuius agro spicilegium feci.

**V.20. B E N E D I C T U S D o m i n o**] pro, à *Dominō*. aut, *Benedictus Domino*, ter quaterque benedictus; ut, *civitas magna Deo*. Simile est, *urbanus Deo*. potest verti, *benedictus ipse Domini*. hac sententia: *beatus sit atq; felix, eumq; Dominus beneficiis suis cumulet*. Sic Matth. 25, 24. *Venite benedicti, patris mei*. quos pater meus beneficijs affecit.

**M I S E R I C O R D I A M s u a m**] vel potius *benignitatem suam*, sive ut alij malunt, *beneficentiam suam*.

**C u m v i v i s**] erga vivos. Quidam exponunt, erga me & te, que vive sumus. sed dubito an bene. nam sic potius dixisset, erga vivas. Vtrum igitur

est enallage generum?

Cùm mortuis] erga natos meos, qui iam pri-  
dem mortui sunt. hoc ait quia spem conceperat de  
Boozo, fore videlicet ut Rutham uxorem duce-  
ret, ex eaq; semen filio suo Mahalon, qui absque  
liberis è vita dilcesserat, excitaret.

PROPINQUUS] affinis, consanguineus.

VIR ille] ἄνδρες articulus vim habet pronominis,  
quod honorificè positum, quasi diceret, vir ille be-  
nignus aut potens. hoc primùm: deinde nobilius  
ac pleniùs quiddam sonat vir, quām quod in vete-  
ribus homo.

E vindicibus nostris] unus ex iis, qui iure pro-  
pinquitatis te superstitem filii mei debent uxorem  
ducere. In Ebraeo ΙΙΙ, desideratur ioh, ut sit,  
τοῦ πλήθεω in numero multitudinis. plures enim er-  
ant, in quos ius illud competebat. Aut est etero-  
sis numeri, ut cùm militem dicimus pro militibus,  
ranam pro ranis. solens figura Ebraës. Sic è Cantico  
alibi est pro, è Cantico.

¶.21. CUM pueris meis] cum operis meis, cū  
familis meis. Vide suprà 15. ad verb. *cum pueris qui*  
*mibi* sub. sunt. Est & illud notandum, quod nescio  
an alias animadverterit, haberi versu 8. huius ca-  
pitis, sic barebis cum puellis meis; puellis inquam,  
non pueris. Quibus otium est, querant caussam  
mutati generis.

OMNEM messem] tam triticeam, quām hor-  
deaceam.

Quæ mihil] id est, meam.

vers.

Vers. 22. BONUM est ut exeras, & non obver-  
sentur] Latinè hoc dicas non inconcinnè, melius  
est ut exeras, quām ut obversentur tibi in agro alio.

VR exeras] vetus interpres addidit, ad meren-  
dum. malim ego ad colligendum. ~~Nec te obversentur~~  
~~dom, nequid distinxeris, nequa~~ ~~te obversentur~~  
~~mid, nequid distinxeris, nequa~~

NON obversentur tibi] planius ac manifestius  
erit, si legas, ne aduersentur tibi. Antea etiam po-  
suius ne aduerseris mibi. 1, 16. ubi idem verbum  
in textu Ebraeo. Quidam, ne occurrant tibi, sed ma-  
lè, ut puto. Nam occurrere eodem quidem verbo  
enuntiant, sed aliter construō: transit enim in  
accusativum, cùm ita significat. Hoc pariter me-  
cum sciunt, quicunq; his litteris haud vulgariter  
imbuti sunt.

TIBI] colligenti in agro alio.

Vers. 23. AD legendum] ad spicilegium faci-  
endum. Qui cùm hoc loco vetustam declaratio-  
nem conferre voluerit, facile animadvertis erro-  
rem interpretis, qui hic habet messu pro collegit:  
quem etiam historia ipsa satis arguit, ut necesse non  
sit bonas horas in eo refutando consumere.

DONEC absolute esset] messis finiebatur quin-  
to mensis Sivan, qui respondet Maio magnam  
partem. Cæterum fieri potest, ut messis, de qua  
hic agitur, antè illud tempus peracta fuerit. Non  
enim omnium messes ad dies XLIX durabant.

MESSIS hordeorum] messis hordei, & messis  
tritici.

ET sedū id est, mansit. Santes, & *reversa est*, nimis quām inscitè oscitanterq; Sedendī verbum hoc significatu Ebræis mirè ultatum est. Suprà *hac seſſio ipsius domi*. Psal. \* *Mons Sion in perpetuum iugiter ad eſt*, manet. Vetus interpres, *reversa est ad suam suam*, puto cum legisse *¶ W H*. Nam an- ceps planè lectio, cùm vocales absunt.

IN

## CAPVT TERTIVM.

Vers. 1.

ANNE *quaram tibi requiem?*] affirmat per interrogationem, ut sàpè Ebræi; ac si diceret, omnino mei officij est, ut tibi prospiciam de commoda ac quieta aliqua conditione.

QUÆRAM *tibi requiem?*] Latinè hoc dicas eleganter, *quaram tibi conditionem*. Iampridem admonui per requiem significari statum matrimonij, quoniam, ut Aben-ezra inquit, mulieri nulla requies, donec nupserit: recteq; Plutarchus (qui vir & quantus?) matrimonium appellat portum iuventutis. Vide Question. meas, & notata ad vers. 8. cap. 1. in hoc ipso libro.

QUA *tibi bene sit?*] secundum illud, *non est bonum homini ut sit solus*. Nam in matrimonio innumere commoditates, quibus carent eius expertes, quos cælibes dicimus.

BENE] commodè, facile, iucundè.

V.2. COGNATIO nostra] ut servitium pro servo dicimus, hospitium pro hospite, necessitudi- nes

nes pro necessarijs: sic cognationem hic pro cog- nato accipimus. Nam ut sit enallage generum MODA AT H pro MODA, quemadmodum è contrâ MODA invenitur pro MODA AT H, tum mihi sa- nè persuaderi patiar, cùm aliis persuadero. Partim, interpretum sudauidunt præpositionem, ut sit, *de cognatione nostra*, ego non dubito quin rectum sit, *cognatio nostra* pro cognatus noster. Quod genus locutionis, quia rarum, studiosos valde observare volo. Sic Levit. 18. *nativitas patris tui*, id est, nata patris tui. & errant, qui aliter exponunt.

CUIUS *cum puellis fuisti* in agro cùm spicas colligeres.

VENTILAT] statuit ventilare. sic alibi, *Pugnavit cum Balac*. & in hoc libro, *reversa est Noomi*, cùm sententia postulet, in animo habuit reverti.

AREAM *hordeorum*] hordeum, quod in area, modus loquendi, ut, *gehenna ignis*, pro, ignis gehennæ: solens locutio Ebræis.

V.3. LAVABIS & unges] desideratur utrobi- que pronomen; ut sit, *lavabis te: unges te*. potest etiam verti; *lavate, & ungo te, & pone vestes tuas*.

ET *unges*] more antiquo, quo utebantur, cùm se componerent ad venustatem, non solum scemi- næ, sed aliquando etiam viri. Scholia Ebræus alter, *ungebant se oleo boni odoris magnates terra Israël, tam viri quam foamine*. Exemplum huius moris invenies in historia Judith, quæ profectura ad Holofernem prius unguento faciem inunxisse le- gitur.

PONES *supra te*] indues.

VESTES tuas] honestiores ac magis cultas, quā quotidiane erant hunc sensum expresit interpres vetus: in eis enim legitur, *induere cultoribus vestimentis*. Alibi vox SEMLA latè significat: sed nunc, ut ita interpretemur cogit nos sententia. neque enim nuda erat, cùm hæc diceret. Vide quæ scriptimus lib. i. quæst. 3.

IN aream] ubi Booz hac nocte hordeum ventilaturus est.

VIRO] τῷ ἀνδρὶ, hoc est Boozo: aut *viro* dixit pro cuiquam. sed prius magis placet. sequitur enim donec ab solvere comedere, quod perspicue ad Booz referendum. ea causa est cur libentiūs verte-rim *viro illi* in quo pronomē honorificē positum.

DONEC absolverit comedere & bibere] ac si dicat, nolite ei patefacere antequam sumpto cibo ac potionē cubitum iverit.

¶ 4. CUM cubabit] quando cubitum ivērit.

RETEGES pedes eius et cubabis] ad pedes eius, postquam eos detexeris, cubabis. signum, ut apparet, cum suīmma demissione matrimonium ambiantis.

PEDES eius] MARGELOTH valet pedes, & sic Daniel usus est ea forma nominis. proinde non recta videtur sententia eorum, qui *pulvinar pedum exponunt*, aut, à parte pedum, tanquam M E M præpositio esset, quod mihi absurdissimum videtur, & pugnare cum usu idiomatis sacri.

QUID facias] quid facere debebas ut matrimonium,

nium, quod ambis, legitimū sit, hoc est, legi, quæ lata de hac re, consentaneum. Nam certi quidam ritus observandi erant, priusquam diceretur per vindicias uxori defuncti, ut sequentia docent.

¶ 5. QUICQUID dixeris mibi] Scriptum in Ebræo quicquid dixeris: lectum quicquid dixeris mibi, addito pronomine. ex notis Massoritarum.

¶ 6. IN aream] hordei, quam ea nocte Booz ventilabat.

SECUNDUM omnia] idem cum illo, fecit omnia. itaque in olim translatis legitur, nec male.

QUE preceperas] קָרְבָּה pro קָרְבָּה. esset צוֹתָה ob accentum. sed placuit corripere. accessit deinde daghes euphoniaz caufa. ita mihi videtur. Similia sunt אַלְפָה & עַשְׂתָּה. Vide scholia Aben-ezra.

¶ 7. BONUM fuit cor eius] vel, bonus fuit cor-de, hoc est, animo hilari ac læto. Sic alibi, quum bonum esset cor eius vino, quum vino esset factus hi-larior.

IVIT cubitum] ad verbum, venit ad cubandum. sed נָבָא etiam eo denotat, ut in illo, invenit navem euntem Tharsis, id est, Ναυπάκτῳ.

IN extremitate acervi] vel, in extremo acervi fateor me nescire utrum dicat, in extremo acervi alicuius, an potius, in eo acervo qui extremitus erat. sed prius animo meo magis arridet: & certè tam magis cogito, tam magis germanum videtur.

CLANCULUM] cum silentio, tacitè, latenter.

RETEXIT pedes eius & cubavit] cubavit ad

pedes eius, quos retexerat ab lato integumento: factum specie parum honestum, nec imitandum castis hoc tempore.

V.8. MEDIA nocte] in medio noctis, id est, media nocte, sive, ut veteres loquebantur, meridie noctis, nam meridies *in patroculio*.

ET contremisi] & fuit & contremisit, prius exposui, accidit ut contremisceret. expositio certa, & cui probandae verbum faciendum non est.

ET *huc illuc se vertit*] Chaldaeus explanat, emolita fuit sicut rapa caro eius premuta. ita autem cum explanaret interpres ille, videtur mihi respexisse ad nomen, quod est *נַפְלָה LAPHATH*, quo rapam indigitant in lingua magistrorum.

CUBANS] sub. erat, id est, cubabat.

V.9. QUIS tu es?] vel, quoniam es?

EXPANDE] in alijs, & expandas: in alijs, ut expandas. ego & redundare puto: quanquam in Ebreo non penitus redundat: sed præt. in fut. mutat: quod hic, ut alias sapere, pro imperativo usurpatur.

ALAM tham] alam vocatorum pallij, vel ipsum pallium *κατά τοινδόχην*. & tacite innuit cupere se ut in matrimonium secum contrahat. Hoc significat Chaldaeus per hæc verba, *vocetur nomen tuum super ancillam tuam*. sensus enim est horum verborum, ac si diceret, duc me ancillam tuam in matrimonium. Confer cum hac interpretatione quæ scripsimus, lib 2. cap. 20. Animad. Quidam opinantur metaphoram esse ab alis avium, quibus pul-

los

los tegunt. Id si est, malè verit interpres, qui vertit, *expande pallium tuum*. sed ne laboremus admodum de interpretatione, modo constet de sensu. est autem sensus, quem diximus: nam honestè petit, ut se uxori ducat. Sic locutus est Moses Deut. 22.30. *ne retegat alam patris sui*, vult dicere, ne rem habeat cum uxore patris sui. Huc refer ex eodem libro, *maledictus qui concubuerit cum uxore patris sui*, cum detexerit alam patris sui: vel, quoniam detexit ala patris sui, ut alia tralatio habet, Deut. 27.20

VINDEX es] unus è vindicibus.

V.10. ET dixit] qui dixit, sunt verba Boozi.

BENEDICTA tu Domino] etiam atque etiam benedicta: utantè, *benedictus Domino*: ut *āsēρ τῷ Θεῷ*. aut vertendū, à Domino: vel, *benedicta Dominis*: ut, *venitis benedicti patris mei*. nondum constitui, quam ex his tribus, alijs duabus præferre velim.

MELIOREM fecisti] vicisti posteriore pietate priorem. priorem autem pietatem vocat, qua usi erat erga maritum & socrum suam.

POSTERIORM] qua contempstisti alias nuptias, ut restitueres marito defuncto in familia nomen, quod in morte ipsius, cum prolem masculam nullam relinqueret, extinctum erat.

NON eundo poss inuenes] quod non sis secuta ullum iuvenem, sive pauperem sive divitem.

TENUES sive divites] In Ebreo, *si tenuis si dives*. Latinè hoc dicas, *si tenues si divites*. vel hoc modo, *si tenues si divites*: vel ita, *tenues si divites*, omisso altero *si*. Sic Catullus, *Læva si dextera*.

usitatius enim fuisset, sive leva sive dextera.

V.11. Quicquid dixeris] vel potius, quicquid dicis. hoc vult, alam meam super te expandam: matrimonium cum vindice, cuius meministi, prouerbo.

UNIVERSA porta] aut tota curia, aut universa civitas. Nam sic loquuntur sacerdotes Ebræi, portam ponunt pro ipsa urbe. Sic Deut. 17. 2. in una portarum tuarum. Sic Genes. 22. 17. posidebit semen tuum portas hostium suorum. Abd. 11. & extranei venissent in portas tuas. Deut. 28. 57. in portis tuis. Recte igitur editio vetus habet, omnis populus qui habitat intra portas opidi mei. & causa est cur hanc sententiam preferendam existimem: quanquam non negem portarum nomine etiam curiam denotari. sic enim vocatur nonnunquam curia iudicium: & meritò. siquidem antiquitus in portis ius dicebant. itaque Chaldaeus hunc locum συνθέτεις verbis, quæ nos ex Ebræo vertimus, huiusmodi. sciunt omnes qui sedent in porta synedrii magni Berlehemiti te esse mulierem instam (hoc est, probam, virtute præditam) & ea fortitudine, qua posses ferre ingum preceptorum Domini.

Te mulierem virtutis esse] exponunt mulierem virtute præditam, cum hac expositione congruere videtur nomen virtutis. sed sciendum eam eius nominis significationem non facile reperiri apud interpres veteres. non enim virtus apud illos virtus opponitur, sed virium infirmitati, ut in illo, vox Domini in virtute, est igitur cur malum mulier strenua,

nua, & animi quadam fortitudine prædicta. nam mulier opulenta, ut ingenuè dicam quod sentio, meo palato non sapit. Græcè verò verterim, γυνὴ οὐδέποτε.

V.12. Quia verè] Tremellius, quia verum est, sed malè, ut opinor.

LICET vindex] in Ebræo, quia vindex. Scriptū quia si, non taenit lectum. & observa geminationem particulæ, quia verè, quia vindex. nos diximus, quia verè licet vindex. sententia ita postulante.

Est vindex me propinquior] nœpe frater Elimelechi, cùm ego tantū sim filius fratris ipsius: Ebræi.

V.13. Si vendicabit te] aut redemerit te, hoc est, propinquitatis iure duxerit uxorem. hoc autem redimere dicitur, quia redimebant unā reliqtam à fratre hereditatem.

BENE est] sunt ex Ebræis, quorum tamen me adscribi nolo sententiae, qui hunc locum ita legunt, Si redemerit te Tob, redimat sanè: ut τόνι sit nomen proprium vindicis eius, qui Booz propinquior erat, quem aiunt fuisse fratrem Elimelechi, & per consequens patrum Boozi. Nam Booz filius Salmonis, qui idem erat frater Elimelechi. itaque Iosua homo Edræus filius Levi, Salmon, inquit, Elimelech, & Tob fratres fuerunt. Contra hanc sententiam sumi potest argumentum ex versu primo capituli sequentis. & certè si hoc fuit nomen eius, cur eum sic alloquitur Boozus, Accede huc N? Apparet enim ex ijs verbis compositorem huius historię, aut hominis nomen omnino ignorasse,

aut ob certam caussam edere noluisse.

**VIVIT Dominus]** formula iurandi tam usitata tam certa, ut eam probare velle, sit lucernam accendere in meridie.

**Vers. 14. PRIMUS QUAM agnoscet vir socium suum]** ante lucem cum adhuc tenebrae essent.

**VIR socium suum]** alter alterum.

**Et dixit]** & dixit positum hoc loco videtur pro dixerat enim sententia id mirificè comprobante. Videnda sunt quæ antecedunt.

**Vers. 15. Et dixit]** hoc amplius dixit: rursum dixit.

**PEPLUM]** editio Chaldaica SUDAR, id est sudarium. Sudarium autem dixit, quod scriptores novi foederis σουδάριον, linteum, quo antiquitus faciem velabant. Græca tralatio, φίες τὸ περιζώμα, id est, cingulum. intelligit, opinor, succinctiorium muliebre, quod & semicinctum dicitur, id est, συντόνιον, Actor. 19, 12. Belgicè, eenen voortshoot. à Græcis etiam ιππόλημα vocatur. Probat se animo meo hæc interpretatio. volo igitur (neque enim dissimilare id possum) ut prior illa delcatur, & hæc in eius loco reponatur.

**QUOD super te]** quo operiris interpres vetus. nec male. Quidam quo caput velas. ego mihi persuadeo rectum esse, quo tegeris cubans in lecto. tamen hæc libera opinaturis relinquimus. Si quis meliora attulerit, audiemus: non ero pertinax.

**SEX hordeorum]** subaudiunt, mensuras: alij sata, ut Chaldæus. In Latina vetere sex modios hordei. modios

modios appellat sata, ut in illo, Ephimensuram, id est, tres modios. Sed queritur, an mulier tantum operis portare possit. Negat Salomo Scholiastes Ebræus: cui assentit Nicolaus. Sed rectè nec ne, viserint alij. Hoc dico, quæstionem hanc facile solvi posse, si sciamus, quæ sit ratio sati ad nostrum medium. Hoc igitur ante omnia querant, quibus otium est; mihi nunc non vacat.

**PoSUIT super illam]** impostruit capit. aut humeris illius.

**VENIT in urbem]** ingressus est urbem. quod à viro docto Pagnino versum esse miror, & ingresa est. genere enim hæc apud Ebræos distinguuntur.

**Vers. 16. Et venit]** Quæ venit, Rutham intelligit.

**Quænam tu es?**] vel ut antea vertimus, quis tu es? Quis pro quæ: sic usurpant autores Latinis Plautus, *Quis tu es mulier?* Apparet autem Rutham, quæ egesta erat ante lucem, domum rediisse, cum adhuc tenebrae essent, sic ut agnoscì à socru non potuerit.

**Et indicavit Rutha.**

**VIR ille]** διάκονος Boozum significat.

**Vers. 17. SEX hordeorum]** sex mensuras sive satia hordei.

**NAM dixit mihi**] desideratur pronomen in textu Ebræo. sed addendum ex notis Massoriticis.

**VACUE]** בְּקִרְבָּה ad instar בְּקִרְבָּה gratis בְּקִרְבָּה interdiu: נַמְנַחַת verè. Alij, vacua, id est, נַמְנַחַת.

**NE venito]** vel, si placet, ne ito. vide supra ver. 7.

V.18. Et dixi] Noomi videlicet.

SEDE] mane, exspecta, quiesce.

RES] verbum. *Quomodo cadet verbum*: Latinè, quo cadat res. Sic, donec perfecerit verbum, id est, nisi re perfecta. Verbum pro re usitatum a deo Ebraeo ut nihil magis: hinc illud non est impossibile apud Deum omne verbum. planum erit si explices ullares, explicatio tam certa, quam quæ in Evangelio.

REM illam] non neplianum, quas ambis

IN

### C A P V T Q V A R T V M.

Vers. 1.

IN portam] præpositio desideratur in codice Ebraeo. Similis ellipsis est apud Varrorem, *Cum portam*, inquit, *sessum venissimus*, pro, *in portam*. Cæterum portam dicit, ubi iudices conveniebant; non ipsam urbem, ut antea. Vide potata in versum undecimum capituli præcedentis.

ET sedi sibi] accipiendum ut sonat. nam quod apud Nicolaum, *sedit tanquam index*, non satis adducor ut probem. nam ut concedatur fuisse Bozum ex senioribus illius opidi, non tamen in hac causa sedere potuit iudex: non magis sanè quam alter ille propinquus, de quo tamen infra, & accessit & sedi.

TRANSIBAT] præterebat portam iudicium.

ACCEDE] ut Proverb. 9. 4. *Si quis impetratus, accedat huius*. Verbum, Ebraicum aliquando abfse-

abfcedere significat, ut Thren. 4. 15. *Abscedite, abscedite, ne tangite*: & cum semper, cum præpositio, a, sequitur, ut Psal. 6. *abfcedere a me omnes*.

DE quo locutus fuerat Booz] suprà 3. 12.

SEDE hic N.] PHLONI ALMONI, est in Ebraeo. sic enim loquuntur, cum certum aliquem hominem significant, quem tamen nominare nolunt. *Natigantem apud in expunctionem* *Exponentem etiam* *reprobationem* *reprobationem* *reprobationem*: quæ in Græcum sermonem eleganter convertes, καὶ τοι δὲ ἀλλάζειν. sic Math. 26. 18. *πρὸς τὸν δέκανον*, ad quendam. אל פלוני אל אל פלוני ALMONI.

V.2. ASSUMPSIT decem viros] adhibuit decem è senioribus testimonij caussa, & simul quia lex ita iubebat.

E senioribus urbis] è senatu urbis Bethlehem: nam civitates suos quæque senatores habebant, ab illis, qui universi populi erant, diversos. Hi senes vocabantur: quod est nomen dignitatis, non ætatis. nam eos designat, qui urbem regebant: quos similiter à senatores Latini appellant.

SEDETE hic] locum designat in curia, quise-natoribus proprius erat.

V.3. FRATRIS nostrorum] consanguinei sive cognati nostri: hoc est, fratris tui revera, mei autem patrui. Porro fratrem vocat consanguineum more Ebraico. Sic est apud Mosen, *Audivit autem Abraham captum fuisse fratrem suum*. erat enim Lot, de quo ibi sermo, filius fratris Abrahæ. ergo fra-

trem suum appellat, cui patruus erat.

**V E N D I D I T**] vendere instituit: ut, *pugnavit cum Balac*, pugnare instituit. neque enim dum vendiderat, ut quidam volunt; quos refellunt verba textus, quæ legantur infrà vers. 5. Tremellius & Iunius, *alienavit, hoc est, inquietunt, in filium Mahalonem transfluit, quo mortuo ad Rutham uxorem devoluta est.*

**W. 4. E t ego dixi, Revelabo quarem tuam**] Hoc vult, visum est te eius admonere. Revelare aurem Latinè & eleganter dicitur, *aurem vellere*: unde illud:

*Cynthia aurem vellit & admonuit.*

David eodem significatu dixit, *aurem perforare*, Psal. 40. 7.

**C O R A M a ssidentibus**] coram iis, qui hīc nobis assident in porta.

**E t coram senioribus**] est ne hic & positum īgnorās? an potius assidentes vocat alias omnes præter seniores? ego arbitror generale esse de omnibus, qui ibi se debant, & ipsos quoque seniores comprehendere, quorum deinde particulatim meminit eo modo locutionis, quo sic dicimus, *U niversa Iudea & Ierosolyma. Animadvertis credo eandem phrasim, cùm Ierosolyma sub generali nomine Iudeæ contineatur.*

**P O P U L I mei**] non dicit *populi* simpliciter, quomodo aliud significaret; sed *populi mei*: sensus est, popularium meorum Bethleemitarum. Igitur seniores populi mei, idem cū illo, seniores urbis

urbis meæ.

**S i non vendicabis**] scriptum in Ebræo, *si non vendicaverit*: postulat autem sententia ut accipiamus pro illo, *non vendicaveris*, sive enallage sit, sive subita apostropha, sive subaudiendum vindicta illius, aut aliquid tale.

**V t sciam**] Vetus, *ut sciam quid facere debeam.*

**N O N e s t p ræter te**] quite sit propinquior.

**E G O p o s t t e**] mihi post te ius cōpetit vendicādi.

**Q u i vendicet**] qui emat agrum illum iure propinquitatis. De hac re lex exstat in Levitico his verbis concepta: *si p rae egestate consanguineus de possessionibus suis vendiderit, propinquus vindici rem à consanguineo venditam redimendi ius esto.*

**W. 5. A Ruthā Moabitide**] non damno hanc interpretationem, præoptem tamen, & Ruthā Moabitidem uxorem defuncti emes. sic infrà locutus est versu 10. *A que etiam Ruth Moabitem uxorem Mahalon comparavi mihi in uxorem.*

**V x o R E M defuncti comparabis**] secundum legem, de qua mentio usurpatur, Matth. 22. 24. *M oses dixit, Si quis mortuus fuerit non habens filios, eius frater duget affinitatis iure uxorem eius, & suscitabit semen fratri suo.*

**D E F U N C T I**] Mahalonis.

**C O M P A R A B I S**] scriptum, *comparavi: lectum comparasti*, id est, comparabis. fut. pro præt. quasi dicat, cùm emes agrum defuncti, unā tibi habenda est uxori eius.

**A d excitandum nomen**] idem valet, *ad suscitan-*

dum semen defuncti. Suscitare nomen, est restituere nomen fratri suo in familia, quod una cum prole ipsius mascula extinctum erat: nam soli filij numerabantur in familia; unde feminæ appellatae vocabulo Ebraico, quod ab obliuicendo deductum, quoniam, quo ad familiæ rationem attinet, qui filias duntaxat reliquerit, perinde habetur, ac si nullam prolem reliquisset: in iis enim nomen familiæ obliteratur: transiunt enim in familiam viri.

**N**E *corrumpam possessionem meam*] hoc dicit, quia uxorem habebat & liberos, quorum patrimonium plerumque imminuitur, cum pater alias nuptias init. Quod uxorem habuerit testis Chaldaeus paraphrastes: quod uxorem & liberos, Iosephus. Verba Chaldaei, si quis forte ea requirat, modò interpretari Latinè nobis concedatur, hæc sunt:

*Non possum redimere mihi, quia uxorem habeo: ad quam non licet mihi assumere aliam: ne forte oritur ius regium in domo mea, & corrumpam hereditatem meam: redime tu, qui uxorem nullam habes.*  
Hæc ille. Cæterum in mente habuit, ut appareat, locum Levit. 18, 18, quem ex Ebræo quidam sic transferunt, *Non assumes mulierem unam ad alteram ad lacentem*, sive ut alij, *ad angendum*. quo hoc vetatur, ne is, qui uxorem habet, aliam ducat hac fini ut priori ægræ faciat: quod accidere necesse fuisset in hoc casu, cum liberos etiam haberet, quorum patrimonium novo connubio non parum imminutum fuisset, si alios insuper liberos ex alia uxore, & quidem pro fratre defuncto, genuisset.

frustra

frustra ergo ex hoc loco quidam conficerent conantur, non licuisse per legem Mosis duas simul uxores habere. Nam id simpliciter ea lege vetitum non fuit, ne regi quidem, aut ego in magno errore sum. Verba Iosephi Græca: οὐ γενέσθαι μὲν ὅτι καὶ αὐτῷ τὸ τελευτικόν, εἴπει δὲ γενναῖον λέγων αὐτῷ τούτῳ παῖδας οὐδὲν.

**V**ENDICA *tu vindicias meas*] quæ iure vindicarum mihi redimenda sunt, ea velim te redimere. adito igitur hereditatem, & duc uxorem superstitem defuncti, cum id facere sine magno incommodo meo non possim.

**¶ 7. Et hoc olim erat**] hic mos antiquitus obtinebat.

**I**N *permutatione*] cum res invicem permutearent, ut verbi gratia agrum cum agro, aut aliquid huiusmodi: vel, in emptione ac venditione. Permutare enim pro eo usurpatur, quod est emere & vendere, ut Græcum ἀλλασθεῖται. eo autem id fit, quia vetus contrahendi ratio, permutatio erat, que Aristotelii συρράλαγμα, & pro quovis contractu sumitur.

**E**XUEBAT *homo calceum suum*] in quæstione est, utrum id fecerit qui cedebat iuri suo, an vero is, qui ius alterius redimebat. De hac re magna dissenso est inter magistros. Cæterum posterior ætas pro calceo in contractibus usus est panno, quem su D A R vocat. de quo Elias Thesbite in hæc verba.

*Hodie in usu est, ut contrahant per Sudar: is est pannus, quem tenent duo testes, in quorum presentia exponuntur verba contractus: quibus expo-*

*sitis uterque testis explicat oram vestis sua, quam deinde prehendunt partes contrahentes reffirmando: atque hoc est, quod dicuntur emptio Sudar, sive lincata.*

Huc refer quæ scripsimus lib. i. quæst. 46. quæ brevitatis cauilla, & simul quia iam in omnium manibus versantur, omitto.

**T E S T I M O N I U M**] magis placet ut vertatur, *testificatio*. hoc faciebant, inquit, ut testificalentur de facta redemptione, aut permutatione. \*

**V. 8. E t exiit calcem suum**] quantumcum incertum quo hæc pertineant: tamen quia sequitur, & dixit Boos, videtur non absurdè posse referri ad vindicem, qui calceum suum exuerit, ac dederit Boozo. Sed fuit tempus, cum existimarem hæc referenda potius ad Boo zum, qua de re fuisse dixi in Questionibus meis. non repeto. Quod autem obijciunt ex sequentibus, ei nullo negotio responderi potest. Nam nihil absurdi, si dicamus in ijs verbis pleonasmum esse nominis Booz, qualis super 2. 20. ubi otiosè lectum, & dixit Noomi, cum idem in eodem versu paullò ante præcedat.

**V. 9. C u n c t o populo**] omnibus in porta sive curia Beth-lehemita sedentibus.

**C O M P A R A S S E**] vel emisse. alij, possedisse. non probbo.

**O M N I A qua Chelionis**] sub. fuerunt. omnes facultates Chelionis & Mahalonis.

**E manu Noomi**] vet. tradente Noemi. Tremellius & Iunius, alienata à manu Noemi.

Verf.

**V E R F. 10. I N uxorem**] hoc loco in præpositio *παπληξει* ex Ebraismo: ut paullò post, & fuit ei in uxorem: Latine, fuit ei uxor. Hoc modo phrasis est, *ero ei in patrem, & ipse mihi erit in filium*.

**N O M E N defuncti**] an in vindicijs eadem consuetudo fuerit, ac in iure ducendi superstitem fratris, quod vocant **I B B U M**, nescio. Hoc scio, in hoc iure, qui fratriam ducebat, non tam sibi, quam alteri generabat, eiusque proles primogenita defuncti fratris nomine cenfebatur, ut appareat ex Deut. 25. 6. Ideni statui posset de iure vindicarum, nisi obstat locus, qui est infrà 4. 2. ubi Obed censetur filius Boozi, non autem Mahalonis. De hac igitur re, qui volent, & quibus otium est, diligenter anquirent.

**D E F U N C T I**] In Chaldaicis libris שׁבֵּרְבָּנָן dormientis, id est, mortui: elegans dictio. nam & mors somni nomine sàpè afficitur: unde à nostræ religionis hominibus sepulchreta Græco vocabulo, quod à dormiendo inflexum est, κοινωνία nominantur.

**S U P E R possessionem eius**] vel, in possessionem eius. vide Deut. 25. 5.

**A fratribus suis**] de gente sua, aut de cognatione sua.

**A porta loci sui**] de curia popularium suorum, an potius de porta urbis sua? Chaldaeus habet, è porta synedry, *qua in loco eius*. Quo significari videatur familiæ dignitas. hanc excitandam, quæ præsidet, qui ad gubernacula reipub. sedeant, submin-

stret. Quod in Davide impletum , & eius posteris constat .

V t non excindatur] ut seculis perpetuis memo-  
retur nomen eius inter eos, qui in porta sedent,  
aut qui Bethlehami habitant.

Vers. 11. In porta] in curia.

T E S T E S] qui testes erant: vel, si placet, testes  
nos sumus, ut integrum sit עֲרִים אַנְחָנוּ

Qu a venit in domum tuam] quam uxorem  
ducturus es.

S I C U T Rachel & Lea] tam fœcundam, quam  
Rachel & Lea fuerunt.

L E A] Lia, non Lea: libri veteres. sed critici E-  
braorum elegerunt Lea. ego parum referre. arbi-  
tror hoc an illo modo id nomen scribas.

Qu a edificaverunt] edificare dixit pro sobo-  
le instruere vel procreare, more Ebraico, ut Gen.  
16. 2. Ingredere ad ancillam meam , forte edificabor  
ex ea pro eo quod est , liberos consequar. Verba  
sunt Sarai ad Abrahamum. huc facit ex Plauti Mo-  
stellaria Scena, Recordatas multum:

— nunc etiam volo

Dicere, ut vos homines adiū effimiles arbitremini,  
Primum dum parentes fabri liberūm sunt, & fun-  
damenūm

Liberorum substruunt, &c.

E T fac opes] חַי singulariter dici pro eo, quod  
opes pluraliter dicimus, notum est. eadem vox ex-  
ercitum significat, & robur: unde illud, fac virtu-  
tem in Ephratha . de quo Animad. lib. 2. cap. 29.

Quin

Quin ipsum potentie nomen pro opibus sumi-  
tur, ut Proverb. 31, 29. multa filiae fecerunt potenti-  
am: proinde interpretatur à Hieronymo, congre-  
gaverūt divitias. Libri Græci, ut hoc obiter notem, πολλαι θυγατρίες εἰλέσαντο πλάτος, πολλαὶ ἐποίησαν δύνα-  
μην: ubi duæ interpretationes coauerunt, quo-  
rum prior verbum ē verbo reddit: altera supereft  
ex alia quapiam editione: aut est scholion, quod ex  
margine in contextum migravit.

E P H R A T H A] nun, opes Ephrathæ, sed fac, si-  
ve mavis, para Ephratha opes , hoc est , in urbe E-  
phratha . hoc Ebraicè dicitur sine ulla ambiguita-  
te, in Ephratha .

E P H R A T H A] Beth-lehem. nam Ephratha ,  
& Beth-lehem , eiusdem urbis vocabula sunt, ut  
Hieronymus scribit. Sunt tamen quibus Ephratha  
regio dicitur, in qua Beth-lehem, non ipsa Beth-  
lehē. hinc Bethelehem Ephratha: quod mēdosē legi-  
tur in Biblijs Græcis, Βηθλεέμ ὁ οἴκος τοῦ φρεστᾶ. legen-  
dum sine ullo dubio οἴκος Εφραθᾶ, vel ex Augu-  
stino de civitate Dei lib. 18. cap. 30. Porro Ephra-  
tha , ut ait Hieronymus , in nostra lingua sonat,  
καεποφίεον, id est, uberem atque frugiferam. In eo-  
dem est, Ephratha, furor. miraris? mirari define.  
sono enim convenit cum הַעֲבָרָתָה forma nominis  
in usitata à עַבְרִי furor. folet autem Hieronymus  
tali sèpè confundere.

V O C A nomen] mirum genus loquendi, & vix  
alibi usurpatum , quod equidem meminerim. ex-  
ponunt, fac ut nomen tuum celebretur ac prædi-

cetur: ac si scriptum esset, vocetur nomen tuum Beth-lehem. Sic locutus est infra tertio ab hoc versu, & vocetur nomen eius in Israel.

BETH-LEHEM] in opido Beth-lehem, sive, ut h[ic] critici legunt, Beth-lahem.

V. 12. PHARES] antiquè lectum pro Pheres, ut Habel pro Hebel: sic Lahem pro Lehem. de facili enim hæ vocales in talibus permutantur.

QUEM peperit Thamar Inde] historia ex primo libro Mosis notissima est.

E femine] ex prole, quam suscipes.

Ex puella ista] Rutha. ex hoc loco & alijs similibus colligimus Rutham, licet vidua esset, tamen adhuc adolescentulam fuisse, cum nuberet Boozo. dico adolescentulam, quia dictio Ebraica non tam puellam denotat, quam adolescentulam.

V. 13. ACCEPIT] duxit domum suam.

FUIT ei in uxorem] Latinè sic, fuit ei uxori. Tale est, ero ei in patrem. Ebraismus valde frequens.

INGRESSUS est ad eam] honestè dictum, pro concubuit, sive rem habuit cum ea. æquè eadem modestia cognoscere uxorem. dicunt: ut, Adam cognovit uxorem suam.

DEDIT ei conceptum] fecit ut conciperet.

V. 14. MULIERES] Beth-lehemiticæ.

BENEDICTUS] laudandus.

NON definit te] vel potius nurum tuam.

VINDICE] qui eam iure propinquitatis in matrimonium acciperet.

ET vocetur] potest exponi, ut vocetur. sensus est,

est, ut nomen ipsius prædicetur inter Israelitas. Etenim nomen eius, qui sine liberis discedit, quasi extingui & obliterari videtur. Alia interpretatio, vocabitur atque celebrabitur nomen eius. Alia, vocetur nomen eius, sit nomen eius, hoc est, nominetur in Israel. Vocare pro esse notum ijs, qui hæc litteras, aut mea scripta triverunt.

V. 15. REDUCENS animam] animum recreans ac reficiens, vel, si placet, vitam instaurans. ad verbum, erit tibi in reducentem animam. genus loquendi, ut fuit et in uxore: de quo iam diximus.

SUSTINEBIT] vel sustentabit. ad verb. & ad sustinendū, Tremellius & Iunius, idq[ue] sustentando.

MELIOR] gratiior, acceptior.

SEPTEM filiis] quam si septem filios haberet, interpres vetüs, & recte.

V. 16. ACCEPIT & posuit] acceptum posuit.

PUERUM] infantem.

IN nutritem] pro nutrice: aut simpliciter, fuit ei nutrit: ut supra, fuit in uxorem.

V. 17. VICINA] non vicinæ hoc ei nomen imposuerunt, si Iosepho credimus; sed Noomi: idq[ue] οὐαβελω τὴν γυναικῶν, hoc est, de consilio & sententiæ mulierum.

OBED] id est, δολεω: sic interpretatur à Iosepho. ratio nominis ex eo quod præcedit, sustinet canitatem tuam.

ISAIA] aut Iesai, in libris latinis veteribus Iessa, videlicet ex Græco Iosuā: ut Aeneas, Æneas. minus sincerum est. Iesi, ut Isaías, ex consuetudine anti-

qua, quæ hoc auribus dedit, ut potius Isaias sonaret, quam Iesaias.

V. 18. GENERATIONES] recensio eorum, qui ex Phares descenderunt. & est figura sermonis generatio pro genito, ut nativitas pro nato, captivitas pro captivo, custodia pro custodibus ipsis.

PHARES genuit] sic antiquitus semper legabant. nunc legunt Pheres, cum id nomen extra pausam ponitur. pausam voco accentum maiorem distinguenter, qualis in illo, generationes Phares. itaque libri Ebraei hic Phares habent, non ut mox Pheres.

SALMA] ita legendum, non, ut in veteribus, Salmon. utroque enim modo dicitur Salma & Salmon. itaque mox sequitur.

ET SALMON genuit] Salmon, inquam, non Salma. Hoc notare volui, ut, si quem forte haec varietas in eodem nomine offendet, sciat non mendum esse operarum; sed ita scriptum nos reperiisse in libris Ebræorum.

GENUIT Booz] ex Rachab meretrice, ut habetur Matth. i. 5.

DAVIDEM] ad quem genus suum referunt reges Israel, & ipse Mæsiæs.

F I N I S.

## TRALATIO GRÆCA

*Ad exemplar Complutense.*

I. DRVSII in eam castigationes,  
sive notæ.



P O Y Θ  
TRALATIO GRÆCA  
Ad exemplar Complutense.

Κεφάλαιον α.

Vers. 1.

**Α**Ι ἐγένετο ἐν ταῖς ἡμέραις ἐν τῷ κρί-  
νειν τὰς οὐρανάς, καὶ ἐγένετο λιμὸς ἐν τῇ  
γῇ, καὶ ἐπορεύθη ἀνὴρ ἀπὸ Βιθλεὲμ τὸ  
Ιωδαῖας τῷ παρειησαμένῳ ἐν ἀγρῷ Μωάβε,  
καὶ ἦγεντοι αὐτῷ, Καὶ οἱ δύο ιδοὶ αὐτῷ...

I I.

Καὶ ὄνομα τῷ ἀνθρῷ Ελιμέλεχ, καὶ ὄνομα τῇ  
γυναικὶ αὐτῷ Νοομί. καὶ ὄνομα τοῖς δυστὸν κούτοις  
αὐτῷ Μασλῶν καὶ Χελεών, ἐφερθαῖσι ἐν γῆς  
Ιεδμα. καὶ ἥλθοσαν εἰς αὐγρὸν Μωάβε, Καὶ ἤσαν ἐπεῖ.

I I I.

Καὶ ἀπέθανεν Ελιμέλεχ ὁ ἀνὴρ τῆς Νοομί,  
καὶ κατελείφθη ἦγεντοι αὐτῷ, καὶ οἱ δύο ιδοὶ αὐτῆς.

## IV.

Καὶ ἐλάβοσσαν ἑαυτοῖς γυναικας Μωαβί-  
τιδας, ὃνομα τῇ μιᾶς Ορφα, καὶ ὃνομα τῇ δύ-  
τέρᾳ Ρέθ. καὶ κατώκησαν ἐκεῖ ὡς δέκα ἔτη.

## V.

Καὶ ἀπέθανον καὶ γε ἀμφότεροι Μααλῶν  
ἐ Χειρων. καὶ κατέλειφθη ἡ γυνὴ ἀπὸ τοῦ δύο  
υἱῶν αὐτῆς, καὶ ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς.

## VI.

Καὶ ἀνέστη αὐτη, καὶ αἱ δύο νύμφαι αὐτῆς,  
καὶ ἀπέστρεψαν ὅξ αὐρῷ Μωαβί, διτι ἱκεσαν ἐν  
ἀγρῷ Μωαβί δτι εἰσόπειτο) κύριος τὸ λαὸν αὐτῶν  
τοῦ δύναι αὐτοῖς ἄρτους.

## VII.

Καὶ ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ τόπου ἐκεῖ, καὶ αἱ δύο  
νύμφαι αὐτῆς μετ' αὐτῆς, καὶ ἐπορεύοντο ἐν τῇ  
ὅδῳ τοῦ ἐπιστρέψαντο εἰς γῆν Ιεδα.

## VIII.

Καὶ εἶπεν Νοομί ταῖς δύσι τύμφαις αὐτῆς,  
πορεύθητε δὴ, ἀποστρέψατε ἐκεῖνη εἰς οἶκον  
μηδὲς αὐτῆς. ποιήσατε Κύριος μεθ' ὑμῶν ἔλεος,

καθὼς

καθὼς ἐποίησατε μετὰ τῶν τεθμητῶν, καὶ  
μετ' ἐμοῦ.

## IX.

Δάσι Κύριος ὅμιν, καὶ εὔροιτε ἀνάπτανον  
ἐκεῖνη ἐν οἴκῳ ἀνδρὸς αὐτῆς. καὶ κατεφίλησεν  
αὐτάς, καὶ ἐπῆραν τὴν φωνὴν αὐτῶν, καὶ ἐκλαυσαν.

## X.

Καὶ εἶπον αὐτῇ, μετὰ σὺ ἐπιστέψομεν ἐπὶ<sup>1</sup>  
τὸν λαόν σα.

## XI.

Καὶ εἶσαν Νοομί, ἐπιστράφητε δὴ Θυγατέ-  
ρες μου, ινατί πορεύεσθε μετ' ἐμοῖς; μὴ ἔτι μοι  
νιοὶ ἐν τῇ ποιλίᾳ μου, καὶ ἐσονται ὑμῖν εἰς ἀνδρας.

## XII.

Ἐπιστράφητε Θυγατέρες μου, πορεύθητε  
δὴ δτι γείραντα τῷ μὴ εὖ ἀνδρὶ διότι εἶπα,  
ἔσι μοι ὑπόστασις τῷ γεννθῆναι με ἀνδρί, καὶ  
τέξομαι υἱούς.

## XIII.

Μὴ αὐτὰς ποροσδέξεσθε ἔως ἂνδριωθῶσιν;  
η αὐτοῖς καταχειθήσεσθε τῷ μὴ γένεσθαι ἀνδρί;

F 5

μὴ Θηγατέρες μι, δτι θπικράνθη μοι σφόδρα  
ισθρ ὑμᾶς, δτι ἔξηλθεν ἐν ἐμοὶ χειρ Κυρίω.

## XIV.

Καὶ ἐπῆραν τὸν φονὸν αὐτοῦ, καὶ ἔκλαυσαν  
ἔτι. καὶ πατερίλισεν Ορφα τὸν πενθερὸν αὐτῆς,  
καὶ ἀσέρεψεν εἰς τὸν λαὸν αὐτῆς. Ρούθ δὲ  
πνολούθησεν αὐτῇ.

## XV.

Καὶ εἶπεν Νοομί τῷ ρόδῃ Ρούθ, ίδε ἀνέστρε-  
ψεν ἡ σύνυμφός σου τῷ λαὸν αὐτῆς, καὶ  
τῷ ρόδῃ τὸς Θεᾶς αὐτῆς· θπικράφητ δὲ καὶ σὺ  
δηλίσω τῆς σωμάτιμφις σε.

## XVI.

Εἶπεν δὲ Ρούθ, μὴ ἀπαντήσει μοι τοῦ  
παταλιώτεν σε, οὐ ἀσορέψαι θπισθέν σου,  
δτι σὺ δὲ ἔστιν τῷρος θῆτης, πορεύσομαι, καὶ δὲ  
αὐλισθῆς, αὐλισθίσομαι· οὐ λαήσ σε, λαήσ  
με, καὶ οὐ Θεός σε, Θεός με.

## XVII.

Καὶ δὲ ἔστιν ἀποθάνης, ἀποθανέμαται, πάνει  
ταφίσομαι· τά δὲ ποιήσαι Κύριός μοι, καὶ

τά δὲ

τά δὲ περιστεῶν, δτι Θάνατος δέκεται αἰα-  
μέσσον ἐμοὶ καὶ σε.

## XVIII.

Ιδοῦσα δὲ Νοομί δτι πραταίεται αὐτῇ τῇ  
πορεύεσθαι μετ' αὐτῆς, ἐκόπασεν τῇ λαλήσαυ  
τῷρος αὐτὴν έτι.

## XIX.

Ἐπορεύθησαν δὲ ἀμφότηραι ἔως τοῦ πα-  
ραγενέσθαι αὐτὰς εἰς Βιθλέεμ. καὶ ἐγένετο ἐν  
τῷ ἐλθεῖν αὐτὰς εἰς Βιθλέεμ, καὶ ἤχησεν  
πᾶσα ἡ πόλις ἐπ' αὐταῖς. καὶ εἶπαν, εἰ αὐτή  
δέντι Νοομί;

## XX.

Καὶ εἶπεν τῷ ρόδῃ αὐτός, μὴ δὲ παλεῖτε με  
Νοομί, παλέσατε με πικράν· δτι θπικράνθη  
ἐν ἐμοὶ ὁ ἵνανὸς σφόδρα.

## XXI.

Εγὼ ἐπορεύθησα πλήρης, καὶ πενὴν ἀσέ-  
τρεψέ με Κύριος, καὶ ἵνατί παλεῖτε με Νοομί,  
καὶ Κύριος ἐπαπείνωσέ με, καὶ ὁ ἵνανὸς ἐπά-  
κωσέ με;

Καὶ ἐπέστρεψε Νοομί, καὶ Ρεθ ἡ Μωαβίτις  
ἡ νύμφη αὐτῆς μετ' αὐτῆς ὅπις ρέφεσαι ὅξ αγρέ<sup>ς</sup>  
Μωαβ. αὗται δὲ παρεγενήθησαν εἰς Βιθλέεμ  
ἐν ἀρχῇ Θερισμῷ κριθῶν.

κεφάλαιον β.

Vers. I.

Καὶ τῇ Νοομὶ ἀνὴρ γνώριμος τῷ ἀνδρὶ αὐ-  
τῆς, ὁ δὲ ἀνὴρ διωατὸς ἴσχυΐ ἐπ τῆς συγγενείας  
Ελίμελεχ. καὶ ὄνομα αὐτῷ Βοός.

I I.

Καὶ εἶπεν Ρεθ, ἡ Μωαβίτις αρδεὶς Νοομί,  
πορευθῶ δὴ εἰς αγρὸν, καὶ συνάξω ἐν τοῖς  
σάχυσιν κατόπισθεν οῦ ἀν εὔεο χάριν ἐν  
ὅφθαλμοῖς αὐτοῦ. εἶπεν δὲ αὐτῇ, πορεύου  
Θύγατερ.

I I I.

Καὶ ἐπορεύθη, καὶ ἐλέθεσα συνέλεξεν ἐν τῷ  
ἀγρῷ κατόπισθεν τῆς Θεριζόντων. καὶ περιέπεσεν  
πελεπτώματι τῇ μερίδι τῇ ἀγρῷ Βοός, ἐπ  
συγγενείας Αβιμέλεχ.

I V.

Καὶ οὖτε Βοός ἤλθεν ἐπ Βιθλέεμ. καὶ εἶπεν  
τοῖς Θερίζοσι, Κύριος μήδ' ὑμῶν. καὶ εἶπον αὐ-  
τῷ, εὐλογήσου σε κύριος.

Καὶ εἶπεν Βοός τῷ παιδαρίῳ αὐτῷ τῷ  
ἐφεσῶτι ἐπὶ τοὺς Θερίζοντας, τίνος ἡ νεᾶνις  
αὕτη;

Καὶ ἀπεκρίθη τὸ παιδαρίον τὸ ἔφεσός  
ἐπὶ τὰς Θερίζοντας, καὶ εἶπεν, οὐ παῖς ἡ Μωα-  
βίτις ἐστιν ἡ Δησραφεῖσα μὲν Νοομί ὅξ αγρέ<sup>ς</sup>  
Μωαβ.

Καὶ εἶπεν, συλλέξω δὴ καὶ συνάξω ἐν τοῖς  
δράγμασιν ὄπισθεν τῶν Θεριζόντων. καὶ ἤλθεν  
καὶ ἦση ἀπὸ πρωὶ Καβαὶ ἐπέρας, ἐπὶ ἀπέωπα-  
σεν ἐν τῷ ἀγρῷ μικρόν.

Καὶ εἶπεν Βοός πρὸς Ρεθ, ἐπειδὴ θύ-  
γατερ. μὴ πορεύθῃς συλλέξαι ἐν ἀγρῷ ἑτέρῳ.

καὶ σὺ ἐπωρεύσῃ ἐντεῦθεν, ὡδὲ κολλήθητι  
μετὰ τῶν κορασίων μου.

## IX.

Καὶ οἱ ὄφθαλμοί σου εἰς τὸν ἀγρὸν σῦ ἀν  
Θερίζωσιν, καὶ ἀπορεύσῃ πατόπισθεν αὐτῶν.  
ιδού ἐνετείλαμψη τοῖς παιδαρίοις τοῦ μὴ  
ἀψασθαί σου. ηδὲ διψήσεις, ηδὲ ἀπορεύσῃ  
εἰς τὰ σκαύη, καὶ πάσαι, δόθεν ὑδρεύοντας  
τὰ παιδάρια.

## X.

Καὶ ἔπεισεν ἐπὶ πρόσωπον αὐτῆς, ηδὲ ἀπο-  
σκέυνησεν ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ἔπεισεν πρὸς αὐτὸν,  
τίθτι εὗρον χάριν ἐν ὄφθαλμοῖς σε τῷ βόπυνω-  
ναι με, ηδὲ ἔγω εἶμι ξένη;

## XI.

Καὶ ἀπεκρίθη Βοὸς καὶ ἔπεισεν αὐτῇ, ἀ-  
παγγέλεια ἀπηγγέλει μοι πάντα δύο πεποί-  
κας μετὰ τῆς πενθερᾶς σου, μετὰ τὸ ἀπο-  
θανεῖν τὸν ἀνδρα σου; καὶ πᾶς πατέλιστες  
τὸν πατέρα σου, καὶ τὸν μητέρα σου, καὶ  
τὴν γῆν γενέσεως σα, ηδὲ ἐπορεύθης πρὸς λαὸν,  
οὗ ἐκ

ὅτι ἡδης χῆρες καὶ βίτης.

## XII.

Αποτίσαι Κύριος τὴν ἔργασίαν σου, καὶ  
γένοιτο ὁ μισθός σου πλήρης παρὰ Κυρίου  
τῷ Θεῷ Ισραήλ, πρὸς ὃν ἤλθες πεποιθέντας  
ὑπὸ τὰς πτέρυγας αὐτῷ.

## XIII.

Ηδὲ εἶπεν, εὔροιμι χάριν ἐν ὄφθαλμοῖς σε  
Κύριέ μου· ὅτι παρενάλεσας με, καὶ ὅτι  
ἐλάλησας ἐπὶ παρδίαν. τῆς δούλις σου, καὶ  
ιδε ἔγα ἐκ ἕστοραις μία τῶν παιδισκῶν σε.

## XIV.

Καὶ εἶπεν αὐτῇ Βοὸς τῇ ὥρᾳ τῷ φαγεῖν,  
πρόσελθε ἀδε, καὶ φάγεσαι τὸν ἄρτον, καὶ  
βάψεις τὸν ψωμόν σου ἐν τῷ ὄξει. καὶ ἐπά-  
θησε Ρεθ ἐκ πλαγίων τῶν Θεριζόντων, καὶ  
ἐβένησεν αὐτῇ Βοὸς ἀλφιτον, καὶ ἐφαγεν, καὶ  
ἐνεπλήσθη, καὶ πατέλιπεν.

## XV.

Καὶ ἀνέση τῷ συλλέγοντι. ηδὲ ἐνετείλατο Βοὸς  
τοῖς παιδαρίοις αὐτῷ λέγων, καὶ γε ἀναμέσον

τῶν δραγμάτων συλλεγέτω, ηδὲ μὴ καταισχύ-  
ντε αὐτήν.

## XVI.

Καὶ γε ὁδοβάλοντες παραβαλεῖτε αὐ-  
τῇ ἐκ τῶν βεβενισμένων, Καὶ ἀφετε αὐτήν, ηδὲ  
συλλέξει, ηδὲ ἐπιτιμήσετε αὐτῇ.

## XVII.

Καὶ σωέλεξεν ἐν τῷ ἀγρῷ ἔως ἑσπέρας, ηδὲ  
ἐρράθισεν ἀ συνέλεξεν, Καὶ ἐγενήθη ὥστι φίλη πριθῶν.

## XVIII.

Καὶ ἦρεν, καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὴν πόλιν. καὶ  
εἶδεν ἡ πενθερὰ αὐτῆς ἀ σωέλεξεν, ηδὲ  
νέγκασε Ρέθιοντεν αὐτῇ ἀ κατέλιπεν, Καὶ  
ῶν ἐνεπλήσθη.

## XIX.

Καὶ εἶπεν αὐτῇ ἡ πενθερὰ αὐτῆς, πῶν  
σωέλεξας σήμερον, καὶ πῶν ἐποίησας; εἴπι ὁ  
ἐπιτύχεις σε ἐύλογοντος. καὶ ἀπήγγειλεν Ρέθιον  
τῇ πενθερᾷ αὐτῆς πῶν ἐποίησεν. καὶ εἶπεν,  
τὸ δύνομα τῷ ἀνδρὶ μεθ' ἐποίησα μετ' αὐ-  
τοῦ σήμερον, Βοός.

## XX.

## XX.

Καὶ εἶπεν Νοομί τῇ νύμφῃ αὐτῆς, εὐλο-  
γητός ἐστι τῷ κυρίῳ, δότι ἐκ ἐγκατέλιπεν τὸ  
ἔλεος αὐτοῦ μετὰ τῆς ζώντων, καὶ μετὰ τῶν  
πεθυκότων. ηδὲ εἶπεν αὐτῇ Νοομί, ἐγίζει ήμιν  
ὁ ἄντρος, ὃν τῶν ἀγχισθόντων ήμιν ἐσήν.

## XXI.

Καὶ εἶπεν Ρούθ πρὸς τὴν πενθερὰν αὐ-  
τῆς, καὶ γε δότι εἶπεν πρός με, μετὰ τῶν  
παιδαρίων τῶν ἐμῶν προσκολλήθητε, ἔως  
ἄν τε πελάσωσιν ὅλον τὸν ἄμιτον, διὸ οὐαρ-  
χει μοι.

## XXII.

Καὶ εἶπεν Νοομί πρὸς Ρέθιον τὴν νύμφην  
αὐτῆς, ἀγαθὸν θύγατερ, δότι ὁζεῖλθες μηδὲ  
τῶν πορασίων αὐτῇ, ηδὲ ἐπι απαντήσον<sup>3</sup> σοι  
τὸν ἀγρῷ ἔτέρῳ.

## XXIII.

Καὶ προσεκολλήθη Ρούθ τοῖς πορασίοις  
Βοός συλλέγειν, έως σωετέλεσεν τὸ θερισμὸν  
τῷ πριθῶν, καὶ τὸν θερισμὸν τῶν πυρῶν.

## Vers. I.

Καὶ ἐκάθησεν μετὰ τῆς πενθερᾶς αὐτῆς,  
καὶ εἶπεν αὐτῇ Νοομή ἡ πενθερὰ αὐτῆς, Θύ-  
γατερ, οὐ μὴ ζυπόνω σοι ἀνάπτωσι, θὰ εὐ-  
γένηται σοι;

## II.

Καὶ νῦν ὃχλεῖ Βοὸς γνώριμος ἡμῖν ἐάς μετὰ  
τῶν κοεστίων αὐτῷ; ίδε αὐτὸς λικμᾶ τὸν  
ἄλωνα τῶν κριθῶν ταύτῃ τῇ νυκτὶ.

## III.

Σὺ δὲ λουσῃ, καὶ ἀλείψῃ, καὶ περιθή-  
σεις τὸν ἴματισμόν σου ἐπὶ σεαυτῇ, η ἀνά-  
βηδι ἐπὶ τὴν ἄλω, μὴ γνωρίσθης τῷ ἀιδρὶ  
ἔως τοῦ σωτελέσαγ ταύτῃ τοῦ φαγεῖν καὶ  
πτεῖν.

## IV.

Καὶ ἔσαι ἐν τῷ κοιμηθῆναι αὐτὸν, η γνώσῃ  
τὸ τόπον, ἐ κοιμᾶται ἐκεῖ, η ἀλεύσῃ, Καὶ ἀπο-  
καλύψεις τὰ πρόσωπα αὐτῷ, η κοιμηθῆσῃ,  
η αὐτὸς ἀπαγγελεῖ σοι ἀποιστεις.

## V.

## V.

Εἶπεν δὲ Ρέθ οὐρὸς αὐτὴν, πάντα δου ἀν  
εἰπῆς μοι πρός με, ποιήσω.

## VI.

Καὶ κατέβη εἰς τὴν ἄλω, καὶ ἐποίησεν  
κατὰ πάντα δου ἐνετέλατο αὐτῇ ἡ πενθε-  
ρὰ αὐτῆς.

## VII.

Καὶ ἔφαγεν Βοὸς, καὶ ἐπίειν, καὶ ἤγα-  
θύθη ἡ καρδία αὐτῷ, Καὶ ἦλθεν τοῦ κοιμη-  
θῆναι ἐν μερίδι τῆς σοιβῆς· ή δὲ ἦλθεν πρυφῆ  
καὶ ἀπεκάλυψεν τὰ πρόσωπα ποδῶν αὐτοῦ, η  
ἐκδίθευδεν.

## VIII.

Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ μεσονυκτίῳ, καὶ ὥξει ὁ  
ἀνήρ, καὶ ἐταράχθη, καὶ ίδου γυνὴ ἐκοιμᾶτο  
πρός ποδῶν αὐτοῦ.

## IX.

Εἶπε δὲ, τίς εἶσυ; ή δὲ εἶπεν, ἐγώ είμι  
Ρέθ ή δέλη σε, η περιβαλεῖς τὸ πτερύγιόν  
σου ἐπὶ τὴν δέλην σε, ὅτι ἀγχισεύς εἶ σύ.

X.

Καὶ εἶπεν Βοόζ, εὐλογημένη σὺ τῷ Κυρίῳ, Θύγατερ, δότι ἡγάθυνας τὸ ἔλεός σα τὸ ἔσχατον ὑπὲρ τὸ ωρῶτον τοῦ μὴ ωρούθηναι σε δόπισω νεανιῶν, ἵτοι πᾶχος, ἵτοι πλέσιος.

X I.

Καὶ νῦν, Θύγατερ, μὴ φοβεῖ, πάντα δόσαι ἀν εἰπης ωρός με αποίσω σοι. οἷδεν γὰρ πάσσα φυλή λαχεῖ με, δότι γωνία δικαίωσες εἰς σύ.

X II.

Καὶ νῦν ἀλιθῶς ἀγχισεύς είμι ἐγώ, καὶ γε ἔστιν ἀγχισεύς ἐν γῇ ᾧν ὑπὲρ ἐμέ.

X III.

Αὐλίδητι τὴν νύκτα, καὶ ἔστι τὸ ωρῶν ἐὰν ἀγχισεύῃ σε, ἀγαθόν, ἀγχισμέτω. ἐὰν δὲ μὴ βελτιται ἀγχισεύσαι σε, ἀγχισεύσω σε ἐγώ. Ζῆ Κύριος, κοιμήθητι ἔως ωρῶν.

X IV.

Καὶ ἐπομέθη ωρὸς ποδῶν αὐτεῖ ἔως πρωΐ. ἡ δὲ ἀνέση ωρὸς τοῦ θηγωνῶναι ἄνδρα τὸν τωλισίον αὐτεῖ καὶ εἶπεν Βοόζ, μὴ γνωσθήτω δτι

ὅτι ἐλήλυθε γυνὴ εἰς τὴν ἀλω.

X V.

Καὶ εἶπεν αὐτῇ, φέρε τὸ ωρῆζωμα τὸ ἐπάνω σου, καὶ κράτησον αὐτό. ἡ δὲ ἐκρέθησεν αὐτὸ, καὶ ἐμέρησεν ἔξι κριθῶν, καὶ ἐπέθηκεν ἐπ' αὐτήν, Καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὴν ωρὰν.

X VI.

Καὶ Ρούθ εἰσῆλθεν ωρὸς τὴν πενθεράν αὐτῆς. ἡ δὲ εἶπεν, τί σὺ Θύγατερ; καὶ απήγγειλεν αὐτῇ σύμπαντα δόσαι ἐποίησεν αὐτῇ ὁ ἀνήρ.

X VII.

Καὶ εἶπεν τὰ ἔξι τῶν κριθῶν ταῦτα ἔδωκέν μοι δότι εἶπεν ωρός με, μὴ εἰσέλθης κανὴ ωρὸς τὴν πενθεράν σου.

X VIII.

Η δὲ εἶπεν, κάθου, Θύγατερ, ἔως τοῦ θηγωνῶναι σε ωᾶς ἢ τεσεῖται ρῆμα. ἡ γὰρ μὴ ἴσυχάσει ὁ ἀνήρ ἔως ἂν τελέσῃ τὸ ρῆμα σήμερον.

G 3

Κεφάλαιον δ.

Vers. I.

Καὶ Βοὸς ἀνέβη ἐπὶ τὴν πύλην, καὶ ἐκάθη-  
σεν ἑκεῖ, καὶ ἴδε ὁ ἀγχίσεὺς παρεπορεύετο,  
ὅν εἶτεν Βοὸς, καὶ εἴπει πρὸς αὐτὸν Βοὸς,  
ἐκκλίνας πάθησον ἄδε, πρύφε· καὶ ὅξεκλι-  
νεν, καὶ ἐκάθησεν.

I. I.

Καὶ ἔλαβεν Βοὸς δέκα ἀνδρας ἀπὸ τῶν  
πρεσβυτέρων τῆς πόλεως, καὶ εἶτεν, καθή-  
σατε ἄδε, καὶ ἐκάθησαν.

III.

Καὶ εἶπεν Βοὸς τῷ ἀρχισευτῇ, τὸν μερίδα  
τοῦ ἀγροῦ, ἢ ὥστε τοῦ ἀδελφοῦ ἡμέρη τοῦ  
Ελιμέλεχ, ὃν ἀπέδοτο Νοομί ἢ ἐπιστρέψασα  
ἄλλον Μωάβ.

IV.

Κἀγὼ εἴσα ἀποκαλύψω τὸ ἓς σε λέγων,  
κτῆσαι ἐναντίον τῶν παθημένων, καὶ ἐναντίον  
τῶν πρεσβυτέρων τε λαβεῖ μου. εἰ ἀγχίσεύεις  
ἀγχίσει· εἰ δὲ μὴ ἀγχίσεις, ἀνάγγειλόν  
μοι,

μοι, καὶ γνώσομαι, ὅτι ἐκ ἦστι ποάρεξ σοῦ  
τῆς ἀγχίσεῦσα, κἀγὼ εἰμι μετὰ σέ· ὁ δὲ  
εἶπεν, ἔγω εἰμι, ἀγχίσεισο.

V.

Καὶ εἶτεν Βοὸς, ἐν ἡμέρᾳ τοῦ κτήσασθαι  
σε τὸν ἀγρὸν ἐν χειρὶς Νοομί, καὶ παρὰ Ρεθ  
τῆς μωαβίτιδος γυναικὸς τοῦ τεθηκότος, καὶ  
αὐτὴν κτήσασθαι σε δεῖ, ὥστε ἀνασῆσαι  
τὸ ὄνομα τοῦ τεθηκότος ἐπὶ τῆς κλιενο-  
μίας ἀπό.

V I.

Καὶ εἶπεν ὁ ἀγχίσεὺς τῷ Βοὸς, ἐδυνάσ-  
μαι ἀγχίσεισαι ἐμαυτῷ, μήποτε διαφθείρω  
τὴν πληρονομίαν μου. ἀγχίσευσον σεαυτῷ  
σὺ τὸν ἀγχίσειν μου, ὅπι ἐδυνάσμαι ἀγ-  
χίσεισαι.

V II.

Καὶ τέτο τὸ διπλαίωμα ἐμπροσθεν ἐν τῷ  
Ισραὴλ ἐπὶ τὴν ἀγχίσειν, καὶ ἐτὸ τὸ ἀν-  
τάλλαγμα τοῦ σῆσαι πάντα λόγον ὑπελύετο  
ὁ ἀνὴρ τὸ ὑπόδημα αὐτοῦ, καὶ ἐδίδου τῷ

G 4

πλησίον αὐτῇ τῷ ἀγγισεύοντι τὴν ἀγγισέαν  
αὐτῇ. καὶ τέτο ἦν μαρτύριον ἐν Ισραήλ.

## VIII.

Καὶ εἶπεν ὁ ἀγγισέας τῷ Βοὸς, πήσαι σε-  
αυτῷ τὴν ἀγγισέαν με, καὶ ὑπελύσατο τὸ  
ὑπόδημα αὐτῇ, καὶ ἔδωκεν αὐτῷ.

## IX.

Καὶ εἶπεν Βοὸς τοῖς πρετβυτέροις, καὶ παρ-  
τὶ τῷ λαῷ, μάρτυρες ὑμεῖς σήμερον, ὅτι  
κέντημα πάντα τὰ τῷ Αβιμέλεχ; καὶ πάντα  
ὅσα ὑπάρχει τῷ Χελεῶν καὶ τῷ Μααλῶν ἐπ-  
χειρὸς Νοομί.

## X.

Καὶ γε Ροθ τὸν Μωαβίτων τὴν γυναικαν  
Μααλῶν κέντημα ἔμαυτῷ εἰς γυναικαν, τῷ  
ἀναστοσῃ τὸ ὄνομα τῷ τεθνητός ἐπὶ τὸ οὐλη-  
ρονομίας αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἔξολοθρόβησεται  
τὸ ὄνομα τοῦ τεθνητος ἐπὶ τῷ ἀδελφῶν  
αὐτοῦ, καὶ ἐν τῆς πύλης τοῦ τόπου αὐτοῦ,  
μάρτυρες ὑμεῖς σήμερον.

## XI.

Καὶ

Καὶ εἶπεν πᾶς ὁ λαὸς οἱ ἐν τῇ πύλῃ, μάρ-  
τυρες, καὶ οἱ πρεσβύτεροι εἶπον, δῶν Κύριος  
τὴν γυναικά σου τὴν εἰσπορθομένην εἰς τὸν  
οἶκόν σου ὡς Ραχὴλ καὶ ὡς Λίαν, αἵ φύκοδό-  
μησαν ἀμφότεραι τὸν οἶκον Ισραήλ. καὶ ποιή-  
σαν δύναμιν ἐν ἐφραΐδᾳ, καὶ ἔται ὄνομα ἐν  
Βιθλεέμ.

## XII.

Καὶ γένοιτο ὁ οἶκός σου ὡς οἶκος Φαρές,  
διν ἔτεκε Θάμῳ τῷ Ιούδᾳ: ἐπ τοῦ ασέρματός  
σου δῶν σοι Κύριος ἐκ τῆς παιδίσκης ταύ-  
της τέκνη.

## XIII.

Καὶ ἔλαβε Βοὸς τὴν Ρέθ ἑαυτῷ γυναικαν  
καὶ εἰσῆλθεν πρὸς αὐτήν. καὶ ἔδωκε Κύριος  
αὐτῇ κύπον, καὶ ἔτεκεν αὐτῷ νιόν.

## XIV.

Καὶ εἶπον αἱ γυναικες πρὸς Νοομί, εὐλο-  
γητὸς Κύριος ἡς ἡ πατέλυσέ σοι σήμερον τὸν  
ἀγγισεύοντα· καὶ παλέσαι τὸ ὄνομά σου ἐν  
Ισραήλ.

X V.

Καὶ ἔσαι σοι εἰς ὅπιστρέφοντα ψυχὴν, καὶ τοῦ διαθέρει τὴν πολιάν σου, διτεῦρην μόφη σου, ἢ ἀγαπήσασά σε, ἐτεκεν αὐτὸν, ἢ ὅπιστρον ἀγαθή σοι ναῷ ἐπτὰ μέσα.

X VI.

Καὶ ἔλαβε Νοομί τὸ παιδάριον, καὶ ἔθηκεν αὐτῷ εἰς τὸν κόλπον αὐτῆς, καὶ ἐγενήθη αὐτῷ εἰς τιθνόν.

X VII.

Καὶ ἐκάλεσεν αὐτῷ αἱ γείτονες ὄνομα, λέγουσαι, ἐτέχθη ψῆφος τῇ Νοομί, καὶ ἐκάλεσαν τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ωβήδ. Οὗτος πατὴρ Ιεσαῖ, πατέρος Δαυΐδ.

X VIII.

Καὶ αῦται αἱ γενέσεις Φαρές· Φαρές ἐγένετο τὸν Εσρῶν.

X IX.

Καὶ Εσρῶν ἐγένετο τὸν Αράμ· καὶ Αράμ ἐγένετο τὸν Αμιναδᾶβ.

X X.

Καὶ

καὶ Αμιναδᾶβ ἐγένετο τὸν Ναασῶν· καὶ Ναασῶν ἐγένετο τὸν Σαλμανόν.

X XI.

καὶ Σαλμων ἐγένετο τὸν Βοόζ· καὶ Βοόζ ἐγένετο τὸν Ωβήδ.

X XII.

καὶ Ωβήδ ἐγένετο τὸν Ιεσαῖ· καὶ Ιεσαῖ ἐγένετο τὸν Δαυΐδ.

F I N I S.





I. DRVSII  
IN EDITIONEM  
COMPLUTENSEM  
NOTÆ.

IN

## CAPVT PRIMVM.

Verf. 1. ἐν τῷ κείμενῳ] placet ut est in alio codice τῷ κείμενῳ.  
nam εὐ τῷ κείμενῳ, id est ΠΩΣΙΑ ΒΙΣΡΗΟΤΗ. sensus est in Ebraeo.

Εν ἀγρῷ] id est, בְּ שָׂבֵב ISDEH. sic locutus est insitā  
vers. 6. nam audiverat in agro Moab; ut parum interesset videatur  
hoc modo reddas, an illo, in agris Moab. sensus enim idem.

τῆς Ioudaías.] Sic Matth. 2, 1. ἐν Βηθλεέμ τῆς Ioudaías, neque  
mendum est, ut Hieronymus opinatur. Quanquam non male etiam legeretur, ἡ Iouda, ut mox ἐκ Βηθλεέμ τῆς Iouda.  
Nihil temere affirmaverim, sed si antiquus liber me adiuvareret,  
dicerem nunc etiam interpretes scripsisse ἀπὸ Βηθλεέμ  
τῆς Iouda, potius quam Ioudaías.

Verf. 2. Νοεψι] lectio varians Νοεψιμένη. ex hac lectione,  
partim etiam ex libris Latinis videatur scribendum Νοεψι, si-  
ve, quod eodem recidit, Νοεψι. sed Νοεψι magis animo meo  
placet.

Μαελάων] Μαελάων habet alias codex λλ geminata, quod  
minus arridet. In Iosepho contractius scriptum Μαελῶν: in  
quo character antiquitus elegans Malon pro Mahalon. Sci-  
licet antiquos elidere solitos heth in medio.

Χελεῶν] in alio exemplari Χελαιῶν. placet Χελαιῶν, per  
consonantem.

Ἐν γῆς Ιεδα] Repone veram lectiōnēm ἐν Βηθλεέμ τῆς  
Ιεδα

IN EDIT. GRÆC. COMPLVT. 109

Ieđa: quæ lectio in meo codice invenitur, & cum Ebraeo  
convenit.

Verf. 3. ἡ γυνὴ αὐτῆς] à libris Ebraicis, & à meo exemplari  
abest ἡ γυνὴ: quod mihi videtur glossema alicuius esse.

Verf. 4. Καὶ ἐλάβοσαν] meus liber καὶ ἐλάβον.

Verf. 5. Απὸ τὸ δύο γάνον αὐτῆς, καὶ ἀπὸ τῆς ἀδελφῆς αὐτῆς] ita  
legitur in Ebraeo. Germanicum exemplar habet. ἀπὸ τῆς ἀδε-  
λφῆς αὐτῆς ἡ πόλις τὸ δύο γάνον αὐτῆς. Verba transposita à scribis.

vers. 6. Απέστεψαν] meus liber ἀπέστεψαν.

Ἄρτος] in Ebraeo ἄρτον singulariter.

vers. 7. Οὐ μὴ ἔτει] meus οὐ γίνεται αὐτη, minus bene.

vers. 8. Πορεύθητε δὲ] abest δὲ à codice Ebraeo: tamen &  
infrā legitur non semel, ut additum esse ab interpretibus ipsis  
suscipari quis possit.

Εἰς οἷς τὰ παρεξήναντα] legendum ex meo libro εἰς οἴ-  
κον μητρὸς αὐτῆς: de qualectione dubitare nos non finit veritas  
Ebraica.

vers. 10. Μετὰ τὸ ἐπιστρέψομεν] in meo, οὐχι, μὲν σὺ ἐπι-  
στρέψομεν. Fortè interpres scriperat ὅτι μετά σου. Sic enim  
est in Ebraeo. ὅτι hic valet sane quidem, certè, utique, videli-  
cet ex Ebraismo.

Ἐπὶ τὸν λαόν σα] lectio varians εἰς τὸ λαόν σου.

vers. 11. Μή ἔτι ϕοῖ] meus legit μὴ ἔτι μοι νιότ. probè.

Ἐπιστρέψομεν δὲ] vide suprà vers. 8. fortè an decepti fuerunt  
syllabi ultima imperativi נִנְאַת̄ quæ si per Aleph scri-  
batur hoc modo נִנְאַת̄, sonat δὲ. sed tum verbum singulare  
esset בָּשׁ so b. Malo igitur ut sit glossema. nam in libris  
melioribus quandoque illud δὲ abest, ut infrā vers. 11. Com-  
plutensibus.

Εἰς ἄνθραξ] id est, ἄνθραξ. vide Commentarium.

vers. 12. Επιστράφητε] in meo, ἐπιστρέψομεν δὲ. hinc appa-  
ret δὲ glossema esse.

Πορεύθητε δὲ] scriptura mei codicis δὲ τύπο pro πορεύθητε  
habet. nec temere. δὲ τύπο, id est, יְמֻלָּה, LACHEN: quod  
nunc legunt ijsdem consonis, sed alijs vocalibus יְמֻלָּה LE-  
CHNA, id est, πορεύθητε. Post hoc verbum additum est δὲ, ad-  
verbium obsecrandi: sed non legitur in Ebraeo.

Διότι ἄπα] in meo ὅτι ἄπα. placet.

**Υπόστασις**] Cur non potius venterunt ἐνώπιον, ut Proverb. 11, 7? In Lexico Constantini, ὑπόστασις, fiducia.

**Τέ γενισθναι με ἀνδρός**] post hæc verba legitur in editione qua domi utor, καὶ ἔγειρόννην λελαυμένην ἀνδρός: idem alijs verbis. Quis autem non animadverterit duas hic interpretationes coaliuisse? Cæterum suspicor pro λελαυμένην scriptum aliquando suisse ταῦτη τῇ νυκτὶ, ut hoc dicat, καὶ ἔγειρόννην ταῦτη τῇ νυκτὶ ἀνδρός, id est, & fuero hac nocte viro, hæc est germana interpretatio huius loci. Λαύτη τῇ νυκτὶ ἡ ΛΙΛΗ, Η ΛΑΙΛΑ; ut in hoc ipso libro cap. 3. vers. 3.

**vers.13. Αὐδρυνθάσιν]** ἀνδρευθάσιν; meus liber habet; non ἀνδρευθάσι.

μενος καὶ αὐτοῖς. Veritas αὐτοῖς;
